

A quod inexhaustis rediditque potentissimorum hostium opibus se impare cerneret, sæpèq; dimicando vires experiri, atque instabilem fortunam toties laesse periculum arbitaretur: pacem sibi omnino parandam constituit. Erat in custodia Raimundus Cardonius dux hostium; vir solerti gravique ingenio præditus. Hunc illicone existimans, per quem a Pontifice pacem impetraret, carcere emisit, usque ad egerie simulata fuga, ut duo ex inimicis familiaribus insigni nobilitate juvenes, Becalcius Landrianus, & Phœbus Contes, elabentem convitanti, prodidisse custodiam putarent. Itaque Raimundi opera iratum Pontificem sibi conciliavit. *Jovius in ejus vita.*

QUOMODO. TUM

IN GENERE.

Pyrhus Epirotarum rex ante bellum hostes in suam sententiam adducere conabatur, metu, cupiditate, voluptate, misericordia, conditionibus justis, legitimis, utilibus, & quas præstare facile possent. *Polyan. l. 6.*

PRUDENTIA.

Vide paulo ante, Per Legatos.

Taxiles rex perhibetur Indiæ portionem obtinuisse Ægypto non angustiorum, pabulo autem latam, secundamque fructibus in primis: ac vir ipse sapiens fuisse, atque cum salutarum Alexandrum, dixisse: Quid bellis inter nos & prælio, Alexander, optus est, cum neque aquam nobis adeptum, neque victum necessarium veneris: pro quibus solis necesse habent homines fani decertare. Reliquis opibus & facultatibus, quas vocant, si ego abundantior sum, impetiar tibi libens: si inferior, non recuso accipere abs te grato animo beneficium. Delectatus est oratione Alexander, illumque complexus: An tu, inquit, pugna arbitraris ex tali sermone & comitate colloquium fore immune? At nihil proficis: quippe contendam tecum, & depugnabo beneficiis, ne me superes benigne. Ac muneribus acceptis multis, datisque pluribus, denique mille talenta argenti signati ei propinavit. Quæ re torfit amicos acriter, sed barbaros multos sibi reddidit manusiores. *Plut. in Alex.*

C Mortuo Theopilo Imp. Rex Bulgarorum per legatos denunciavit Theodoræ viduæ bellum. Cum autem illa respondisset, fore ipsi inimiciorum, sive vincat, sive vincatur, propter quod cum semina pugnasset: à bello abstinuit, & paulo post Christianam fidem amplexus, regionem illam quæ Ferræ dicitur, ac prius Romanos & Bulgarios fines distinguebatur, & Debelum interfacet, accepit habitandam. *Zonaras Tomo 3.*

CASTITATE.

Alexandrum Magnum traditum est eximia pulchritudinis virginis captivæ, cum finitimæ gentis principi fuisset deponata, summa abstinentia ita peperisse, ut illum ne alpererit quidem. Quæ mox ad sponsum remissa, universæ gentis per hoc beneficium animos conciliavit sibi. *Front. l. 2. c. 11.*

P. Scipio Africanus, cum fugisset in Iberia urbem Phœniciam, & captivorum ductores virginem insigni formæ elegantia præditam adducerent, patrem requisivit, eique filiam donavit. Qui cum adiret mœnia, ei dorem puellæ dedit. Quotquot autem etiam aliæ vel uxores hominum summo loco natorum, vel filia, vel pueri ætate florentes caperentur, his duos Romanorum moderatissimos attribuit: ex senibus qui curam eorum gererent, & sumptum captivis pro dignitate suppeditarent. Scipionis continentia multas urbes libericas ad amicitiam & societatem Romanorum volentes perduxit. *Idem, & Front. l. 2. c. 11.*

Dioctetianus Imp. cum xx. millibus militum, innumera Persarum agmina aggressus, Narisem regem turpi fuga salutem querere coegit, uxore ejus ac filibus potitus, summa eas pudicitia custodia reservavit. Quamobrem Persæ ad Pacem illæctus, cum Romanis fœdus icit, Mesopotamiam cum quinque populis trans Tigrim reddidit. *Avienus l. 2. Annal. Bojorum.*

LIBERALITATE, MUNERIBUS.

Vide infra Tit. Imperatoris hostium fidem sollicitare, quatenus auro benevolentia comparatur.

Antiochus rex Asiæ, cum urbem obideret Hierosolyman Judæis ad maximum illud seculum celebrandum vii. dies perentibus, non solum eos concessit, verum etiam tauros auratis

cornibus adornatos, magnamque thymiamatum & aromatum vim, uique ad portas urbis cum pompa solemnè deduci iussit: tradiditque illorum sacerdotibus hostia, ipse in castra rediit. Judæi verò regem benignitatem admirati, protinus à fœcto pacto, in fidem illius sele dederunt. *Plut. in Reg. apoph.*

Iphicrates Lacedæmonios & Thebanos bellum inter se mutuo gerentes, in gratiam reducere conabatur. Argivis & Arcadibus locis Thebanorum resistebant, mandavit quibusdam militibus, ut Argolidem depredarentur. Argivis de eorum tentibus, profugos ipsorum ajebar auctores esse, & mox, quasi transfugis occisis, prædam illis reddidit. Proinde Iphicratem, tanquam benefactorem & amicum, coluerunt, & Thebanis, ut pacem facerent, persuaserunt. *Polyan. l. 2.*

M. Brutus post interfectum Cæsarem, Patraensium urbem sibi cernens relinqui, cum feminas eorum captivas teneret, has missas fecit sine pretio. Quæ ubi viris & parentibus suis illustribus hominibus expulerant, virum Brutum esse moderatissimum & justissimum, persaserunt eis, ut cederent & traderent ei oppidum. Idem ceteri quoque omnes Lici in potestatem veneri, in fidem se ejus permitterent. Quem benignum, & præter spem experti sunt indigentem. *Plut. in Bruto.*

Obsidebat Mariam seu Gibellerram urbem Albarus dux Joannis Hispaniæ regis. Mauri fame coacti, xii. milios fœdibus onustos, cuiuslibet autem fœdum numum aureum infererant) Albari tentorium per agalonen egerunt, cum his mandatis, Expedirene putare, arborem tam speciosam fructu profertentem excindere, an conservare? Albarus ingritus urbis conservandæ auctor regum: bonos imitandos viatores afferens, qui luxuriam tantum vitium ferro aulerant, ut fertiores reddantur. *Chalcond. l. 5.*

Matthæo Magno Vicecomiti inter fœvâ arma nato atque educato, nihil potius unquam iussit, quam angere factiosos opes, adversarios persequi, & latè Imperium proficere, etiam si id non facile fieri cœdibus atque incendiis pararetur. Plura tamen se rectis modis & occultâ largitione, quam vi & cruenta manu concessisse: & plura denique auro quam ferro feliciter expugnasse dicebat: ut scilicet prodigijs atque ad inanem sumptum facili esset, & natura populifissimis filiorum ingenijs, utiles frenos imponeret. Henricum Austriacum, Cæsaris Rudolphi fratrem, ab inimicis adversum se Germania in Britanniam agrum cum ingentibus copijs evocatum, multo auro aggressus averit: parique felicitate Philippum Valefium, qui postea Gallie regnum tenuit, Pontificis impulsu formidolosum exercitum ad Vereciles adducenem, multis legationum artificijs, magnis denique muneribus pervicit, ut amicus quam hostis esse mallet, in Galliam rediret: quam Galeacius filius, pugna quam pacis avidior, xx. pedum & vii. & galeatorum equitum millibus transituro hosti objectis, quin præli aleam subiret, paternis monitis aegerimè paruisse. *Jovius in ejus vita.*

CLEMETIA.

Alexander Magnus Cathæos Indiæ populum ex desperatione pugnantem, ad pubertem usque ætatem occidit, urbemque eorum Salgalatum in unam solum aquavit. Fama pervenit ad Indos mala, Alexandrum latronum ac Barbarorum more belligerare. Qui mutare opinionem de se conceperat volens, aliam urbem Indiæ cepit, obididitque accepit. Unde cum ad Pertam venisset, fenes, pueros, mulieres. Illi cum suis contreraneos & gentiles agnovissent; & Alexandri humanitatem effectis compassivisset: portas aperuerunt, & cum gentilibus eum receperunt. Ea fama statim discurrentes, Indi perussati, in sua sponte Alexandrum acciperent. *Polyani.*

Gravi obsidione à Demetrio Antigoni F. prætebantur Rhodi. Coacta concione suadebat quidam, Antigoni & Demetrii imagines esse deturbandas: indignum esse dicentes, si obfessores æque ac bene meriti honorarentur. Quibus indignitas populæ, eos ut peccantes objurgavit, & Antigoni honorem nullum sustulit. In quo quidem suæ & gloriæ & utilitatis pulchre consistit. Illa enim magnitudo animi & constantia popularis iudicij, apud alios laudem conciliabat; apud obfessores penitentiam. Nam cum Græciæ urbes liberarent, quæ nullam erga benemeritos benevolentiam exhibuerent, eam feram reddere videbantur, quæ in referenda gratia constantissimam se ipsam re ipsa præstabat. Præterea (ut multa præter

A præter opinionem fortuna facti) si urbem capi contigisset, restabat eis ad orandam veniam, servata ab ipsis amicitia: commemoratio. *Dion. libro 20.*

Hetacienus in Porto, ab Atheniensibus armis petebatur, quod post Medicum bellum tributum pendere recussisset. Malacus Atticæ classis dux, quin in terram egressus agrum populatur, classe subita tempestate disjecta, in hostico viribus & consilio destitutus, ad extremam rem inopiam redactus, casus haud dubie erat. Hetacienus benefici occasione honestiorem rati quam ultionis, totum exercitum cum ipso duce, commearibus & auxiliis adjunctum, incolentem misere, satis bello adeptos arbitrat, si qui hostes venerant, hospites suis finibus excederent. *Sabellicus l. 8. Enead. 4.*

Cassander eodem tempore Salaminem oppugnabat, & cum Atheniensibus navali prælio confisgebatur. Parva victoria, omnes, quotquot cum Atheniensibus viverant, ad Salaminos sine redemptoris pretijs misit. Quæ re audita, qui Salaminem habitabant, fœci humanitate Cassandri, se ei dederunt. *Polyanius l. 4.*

Hannibal victis ad Trasimenum lacum Rom. captivos Latini nominis, & alios Rom. locios benignè appellatos, sine pretio dimisit, iustique eorum principes qui in pugna perierant sepelivit, & ad suæci diligenter curarentur, dedit operam: testatus venisse se, non ut Latinis & cæteris Italiæ populis bellum inferret, sed ut superbissimo Romanorum dominam Italiæ liberaret: & hac Pœnus ad conciliandam clementiam suam, quem fero alioqui & immanè esset ingenio. *Sab. lib. 1. En. 5. ex Livio.*

P. Scipio, cum Haldrubalem Carthaginensium ducem superasset, Massinise nepotem in bello captum avo remittendum curavit. Ex quo postea eundem filii perpetua devinxit amicitia. *Sab. l. 1. c. 2.*

C. Julius Cæsar in Iberia ad Nerdam agebat. Factis induciis, hostes ex impavido multos milites adorti prostraverunt. Ipse verò quos illorum in suis castris invenerat, salvos dimisit, magnamque favorem hoc pacto apud milites consequutus est. *Polyanius lib. 8.*

Idem Pompejo bellum denunciavit, contra denunciavit, eos qui neutros sequerentur, se amicorum numero habiturum: & his qui sibi auxilium ferrent, periculum propulaturum. *Idem.*

Auspicijs Domitiani, Germanico bello, quod Julius Civilis in Gallia moverat, Lingonum opulentissima civitas, quæ ad Civilem desciverat, cum adventu exercitus Cæsaris populationem timeret, quod contra expectationem in violata nihil ex rebus suis amiserat, ad obsequium redacta, xxx. millia armatorum tradidit ei. *Front. l. 4. c. 3.*

Classis Justiniani contra Totilam missa, ubi Neapolim appropinquavit, vehementi furore vento, ad litus ejecta est, in quo hostes stationem habebant: itaque inuentibus eis, omnes aut occisi, aut capti, aut demeriti sunt. Demetrius præfectus equitum inter cæteros in potestatem pervenit. Totilæ rex Demetrium resse collo impliciti ad muros urbis adductum, monere Neapolitanos iussit, ne inani spe auxilii sustinerent, obsidionem diutius patienter, sed itam urbem dederent, & se tot erant in eripere: neque enim Imperatorem ulla posthac submittere subsidia posse, & cum hac classe vires ejus omnes infractas esse. Neapolitani rerum necessarium inopia consistati, ac Demetrium tam indigna patientem conspicati: spe omni salutis abjecta, sese ad luctum & complorationem veterunt. Quæ re animadversa, Totilæ iis, qui erant in propugnaculis, evocatis, dixit, se ad eos venisse, non ut criminum eorum aliquod vindicaret, sed ut eos servitute eximeret: se in eorum etiam gratiam Consedem præfectum urbis, & cæteros milites dimittendum, si tradita sibi urbe, discesserint. Neapolitani xxx. dierum spatium ad desiderium faciendam petuerunt: quo transacto, neque ullo subsidio misso, urbem se tradituros sponderunt. Totilus, ut ipse auxilium omnem præcideret, trum mensium se daturum ostendit, dummodo pactis starent; quæ si fallerent, protinus se muris oppugnationem, à qua adhuc se temperaverat, ad mortuum. His pactis, Neapolitani, quod famem tolerare non possent, non expectato spatio, Totilam cum Gothis in urbem receperunt. *Sigon. libr. 19. Imp. occid.*

Laurentius, Hungariæ Palatinus, cum diceret, imprudenter agere Sigismundum Imperatorem, qui victis hostibus non solum vitam & opes relinquere, sed etiam eos inter amicos reciperet, extolleturque: Tibi, inquit Sigismundus, videtur utile, inimicum occidere; neque enim mortuus bellum excitat: at ego inimicum occido, dum parco: & amicum facio,

dum extollo. *Aneas Sylv. lib. 3. comment. de Reb. gestis Alphonfi.*

Alphonfus Aragonum rex, cum oppugnatis urbis humaniter hostes omnes dimitti mandasset, reprehensus à suis ducibus, qui omnes interficiendos putabant, respondit: Nihil magis adversariorum animos flectere atque conciliare, quam placabilitas & manufactudinis nomen. *Panorm. l. 3. de Reb. gestis Alphonfi.*

HUMILITATE, PRECIBUS, SUP-

PLICATIONE.

L. Antonius, Marci Antonii Triumviri frater, circumfessus Perusii ab Octavio, frustra que non semel tentata emptione, cum fame jam conficeretur exercitus, communicato prius consilio cum primoribus, nulla impetrata fide publica, ad Octavianum decrevit cum paucis admodum proficisci. Quem proficiscenem cum in tueretur Octavianus, & ipse obviam profectus est venienti. Ibi Antonium omnem in se convertens culpam, nihil pro se omnino deprecatus est, venum tantum pro F exercitu: ut & penam à militibus averterit, impetrata venia, & ipse amicè acceptus ab Octavio fuerit.

Trudelidis, Hispani Delius Delphorum ducis uxor, habens filiam jam nubilem, ut intellexit adversum sese civæ exercitu pergere Bajazetum IV. Turcorum regem: cum filia, muneribusque quam potuit accepit maximis, regi obviam processit, qui filiam libens assumpsit, eamque simul cum matre suis ritibus vivere permisit. *Chalcond. l. 2.*

Ludovicus II. Imp. Capuam, quæ ad Græcum Imp. descenderat, arctâ obsidione premebat. Capuani desperatis rebus, urbis Episcopus advenit, rogantque, ut recepto divi Germani Episcopi corpore in pheretro, ante castra Imperatoris, subessente universa plebe, veniam defectionis impeteret. Delatum est itaque insigni pompa corpus S. Germani, cujus animam venerabilis pater S. Benedicte in ignea sphaera ab Angelis in caelum deserti olim viderat, ad Ludovicum Imperatoris tentorium. Quæ cum esset natura plus clementis, misericordiam illis largitus, delictorum veniam indulxit. *Cassin.*

HUMANITATE.

Cum Phraæti Parthorum regi bellum Pompejus indiceret: hostis potentiam veritus Phraates, Pompejum non contempserit, sed literas humanitatis ac benevolentia plenas telecscript: in quibus sua in pop. Rom. beneficia enumeravit. Quibus lectis, Pompejus regis benevolentia motus, non tantum à bello suscepto destitit, sed ne Tigrani quidem, cui Parthi bellum inferebant, auxiliatus est: atque contra Phraatem, nihil unquam hostiliter admisit. *Dion. Nicæus in Pompejo.*

Henrico I. Imp. parebant principes Germaniæ omnes. Solos Arnoldus Malus, Bavarie princeps, rebellis erat. Contra eum profectus est cum exercitu Henricus. Circa Ratisponam stabant utrinque milites accincti ad pugnam, & maxima sanguinis Christiani effusio iustabat. Henricus solus Arnoldum alloqui se velle dixit. Er ille (licet duellum sibi putaret indici) haud reuuit. Convenientibus utrisque, rex inquit Henricus, Deo omnium opt. ac maximo (cujus nutu mundus contremisic, à quo omnia in hoc orbe inferiore gubernantur) sic ordinante, universus Saxonum, Thuringorum, Francorum ac Alemannorum populus me regem, Contrato I. antecessore sic fudente, elegit. Cui ordinationi temerè resistis, & in præcipium mittis tua. Ego, si Deus te regem voluisset, obedientiam tibi promptus ostenderem. His dictis, animus Arnoldi, alioqui malum, flexit. *Cranz. lib. 9. Sax. cap. 2.*

Rodolfus Hapsurgensis contra Abbatem S. Galli bellum gerens, cum accrevisset interim duo ingentia bella alia, paucis comitatus & inermis, in monasterium S. Galli sponte (dum Abbas cœnarer) venit, menæque affedit: & inter cœnandum illi concilians est, adeo ut auxilia mutua contra hostes pollicerentur. *Cassin.*

Canutus, Erici Danorum regis filius, Nicolai Danorum regis auspicijs Henricum Vandalorum principem fugabat in Lubecam veterem: & (ut erat vir integerrimus & cordatissimus) ad Henricum adequit, solis viginti comitatus: & præmissis nuncio, eum ad amicum colloquium invitavit. Henricus adesse audiens Canutum, ad arma respicit, jam penè captum se putans: ad dicto citius inermis Canutus ingreditur. Mox rounit in

A in amplexu mutuos(erant enim consobrini: nam mater Henrici, forr fuerat Erici regis) miscerunt lacrymas: & post mutuos verborum querimonias, causam belli dirimunt in eam sententiam, ut Canutus Henrico argentum numerans, a rege sua partis acciperet hereditariam portionem, Slesuici dux factus. *Cronz. l. 3. Vand. c. 28.*

Steno Sveonum rex opr. non paruum exercitum ad debellandum Jacobum Archiepiscopum Upsalensem, quod Danis favere videretur, coegerat: nec minores copias Archiepiscopus habebat. Rex clam ad Archiepiscopum in propinqua villa Nees apud arcem Stecam commorantem accessit, & sine arbitrio cum eo in gratiam reversus est. *Io. Magn. lib. 23. cap. 15.*

Almus, regis Ungarie Colomanni frater, intercedentibus multo citroque suspensionibus, quas utrinque adulescentes suscitabant, in Poloniam aufugit. Ibi que accitis Sarmatarum & Ungarorum, qui suas partes sectabantur, auxiliis, in Panoniam reversus, de regno cum fratre decertaturus, oppidum Castrum ferreum occupavit. Quod cum rex oppugnare vellet, Almus humanitate potius, quam vi fratrem vincere cupiens, solus in regia castra properavit, & ad fratris pedes procedens, suam inconstantiam & crudelitatem inculcat, veniam & misericordiam precatur: Ungaris & Polonis postulat ignoscere. Rex fraterna pietate motus, veniam omnibus concessit, fratrem in regiam revocavit. *Bonfin. lib. 5. Decad. 2.*

Alfonso IX. Hispanie Imp. filius suis regnum etiamnum vivens diviserat, Sancio quidem primogenito Castellam, Ferdinando Legionem. Ferdinandus per initia regni Comitibus quosdam salus suspensionibus ditone exherat. Illi ad Sancio supplices confugerunt. Ferdinandus re intellecta, paucis comitibus assumptis, properat ad fratrem prandentem venit. Sancio eum benigne recepit, & quia illum & incultum esse videbat, homo munditie studiosus, fecit statim balneum preparari, & trandiu in mensa non comedens expectavit, donec loros corpus & caput, in convivio cultu regio sedit ornatus. Post epulas Sancio adventus causam sciscitatur. Cui ille, Tanquam ad patrem & dominum veni, iram tuam placaturus, & sacramentum fidei, si jubeas, prestaturus. Tum Sancio: Neque tibi iratus sum, neque fidem a te fratre meo tantipartio exigo. Id unum cupio, ut eos, quorum virtute regnum avitum possidemus, bonis suis liberè sui permittas. Annuit ille postulatis, & amice a fratre dimissus est. *Rod. T. 7. reg. Hist. c. 23.*

Laurentius Medices, Florentine Reip. princeps, quum bellum sibi a Xisto IV. Pp. & Aragonie rege Ferdinando illatum sustinere non posset, civitas quoque Florentina pestilentia confligaretur: inducis duorum mensium facili perhyemem impetravit, cum paucis communicato consilio, Thomae Soderini Vexillifero Republicam commendat, filium ejus secum, uti obsidem fidei futuram, abducit, & Pisas per causam invadendi prædii profectus, inde mari turembus duabus Neapolim pervehitur. Dum oram solveret, ad Senatum scripsit causam suæ protectionis. Ferdinandus integra fide regioque apparatu Laurentium excepit, admittumque in secretiora colloquia tacitus ipse secum primò, ac demum palam, propter eximias virtutes ita est admiratus, ut cuncta ea, quæ infidiosè in ejus perniciem ab inimicis excogitata fuerant, paucis diebus, superata penitus invidia, in amplitudinem ejus & gloriam verterentur. Pacem haud iniquis conditionibus dedit, sedulque cum Florentinis percussit. *Jovius in Leone X. & Pontan. l. 5. de Prud. c. 1.*

Saxonie duces, Fredericus & Guilielmus fratres, crudelia inter se bella exercebant, hereditatis paterna causa. Jam cum vastatis agris, tota provincia pestum iret, Apollonius vero Vicedominus, fratrum incensor discordiarum, per annum Jubileum Romam petisset: rogavit Fredericus germanum suum, ut ad se Libertatem veniret, secum de pace acturus. Annuit Guilielmus. Iter ingressus dixere consiliarii, paratas infidias esse, caveat, ne se perditum iret. Quibus ille: At ego, inquit, libens moriar, si vos prius necatos videro, qui fratras contentiones alitis. Ita locutus, sequi iussi, qui fe amarent, urgentque calcitrans equum, festino cursu fratrem adit: Quocum semotis arbitris evestigio pacem composuit, factulque pepigit. *En. Syll. caput. 32. Eusebio.*

Moverat Stephanus Polonie rex adversus Joannem Moicum, ut Livoniam recuperaret. Duneburgi cum inopia commectus laborare præsidiarum militem animadvteret Botif-

fius Sava, per speciem officii & comitatus, esculentorum & epoculentorum non nihil, ac in his vini cremati, quod inopia veri, maximo apud Moicos in honore est, vasei miserat. De quo cum ad ebrietatem Moscè bibissent, illi, qui id futurum cogitabant, noctu calis admois, in vallum, quo solo castrum cinctum est, & in ipsum castrum evadunt: Moicos esse somno & meto vix fe colligentes deservant, castrò potiuntur. *Remold. Heidensteimus 1. belli Moscov.*

RELIGIONE.

Epheso à Cræso oblecta, nris quædam subverta cecidit, quæ in postquam proclitrix appellata est. Hoc dannum cum præ oculis certeret Pindarus, Melanis F. Ephesiorum tyrannus, consilium dedit Ephesius, ut ex portis & turribus funes ad columnas templi Veneris alligarent, ac urbem quasi anathemate Veneri consecrarent: per hæc securitatem Epheso præstans, & suavit, ut ipsi Lydum adirent, ac pacem exerecent. Exponentibus igitur preces Ephesius, rissis Cræsum adjunt, & Ephesios libertatem concessisset, sed ea conditione, ut Pindarus civitate excederet: Qui nihil contraxit: sed in Peloponnesum, regium vivendi splendorem cum spontaneo exilio commutans, ne patria sub jugum Lydorum mitteretur. *Ælian. de Varia hist. l. 3.*

Rollo Danus pirata, facta decessione in Neustriam, quam hodie Normanniam dicunt, sine religione perfratus, five ut Francorum animos primo statim adventu sibi conciliaret, diuæ virginis Ameltrudis reliquias, argenteis foribus inductas, à sui nominis piratis aliunde sublatas, ad quod primum in Normannia occurrit, templum expositis, vimque sacris locis, agricolique, & fe deditibus vicis, castellis, oppidis, fieri vetuit: ut nihil minus quam prædo videretur. Opem quoque, Berengarii Bellocorum Comitis filiam, sibi thoro junxit, ut animos Neustriorum sibi conciliaret, amareturque magis quam timeretur. His aribus captata hominum benevolentia, Roberti nomen accepit, & assensu regis Caroli Simplicis, primus dux Normannie extitit. *Æmil. l. 2. & Polyd. l. 5.*

JUSTITIA, FIDE.

Fur Camillus cum Faleriis five Phaliscis bellum gerebat. Qui Faleriorum pueros instituerat, eductos eos extra urbem, quos exercitandi causa, Romanis tradidit. Camillus ludimagistri proditorem (celestas) judicans, manus ejus in tergum religari iussit, puerosque horribatur, ut proditorem ad suos parentes deducerent. Falerii ludimagistru quidem verberibus confectum necarunt, Camilli vero pietatem & justitiam admirati, seipos ei absque prælio tradiderunt. Ita Camillus eos, qui diturna oppugnatione capi non poterant, pio quodam stratagemate subegit. *Polyen. l. 8.*

Herodes Judæorum rex, M. Antonio Triumviro amicissimus fuit, eumque Actiaco bello commectant & pecunia juvit. Victo Antonio, Augullum victorem memebat. Prudenter igitur rebus domi compositis, Cæsarem Rhodi convenit, & postea tantum diademate, de cætero apparatu regio nihil mutavit. Falsus est ingenue, se pro amicitie ratione M. Antonio suppeticas tulisse, non armis quidem conjunctis (quod tum distineretur bello Arabico) sed misso ad illum frumento simul atque pecuniis, nec tamen fe hæc parte sibi ipsi satisfecit: professum enim amicum pro bene fe merito non opes solium, sed caput etiam & salutem debere obiectare periculis. Id quia non licuerit, certe hanc laudem suam esse, quod ne post Actiacam quidem cladem illum deseruerit, neque fortuna jam aperte mutata ad novas spes fe transfugerit, & quo tempore si non auxilio, ac consilio fe adjuvum hominem, commonitrando, quo uno modo servari posset, nec omnino in ordinem redigi, videlicet Cleopatram interficeret. Antonium, spreto Herodis consilio, Augusto, non sibi consuluisse. Ob quam dementia cum penas dederit, fe quoque amicitie vinculis suam comprobaturum, & mutato tantum nomine amicum permansurum. His verbis Cæsarem ita permovit, ut præter omnium expectationem diadema ei restituerit, ac in summo honore penes fe habuerit. *Josephus l. 15. c. 10. & Pontan. l. 5. de Prud. c. 1.*

Drusus eo bello, quo victis hostibus cognomen Germanici meruit, cum in sinibus Ubiorum castella poneret, pro fructibus eorum locorum, quæ vallo comprehendebat, pretium solvi-

A solvi iussit: atque ea justitie fama omnium fidem astrinxit. *Front. l. c. 11.*

SUPPLICIO AUCTORUM BELLI.

Cum Achæi, duce Dizio Megalopolitano, Lacedæmonis bellum illaturi essent (postquam Rom. Persecutæ Macedonie regem illaturis) occasionem præterentes, sese otii & tranquillitatis publicæ hostibus, non Sparæ, bellum illaturis: & Dianus rogatus, Quinam illi essent xiv. quorum optima nomina edidisset: Agathithenes persicatus illis primoribus, quos Dianus Achæis dedit postulare, ut voluntario exilio belli in patriam conflati incendium restinguerent: Futurum enim, ut primo quoque tempore à Romanis restituerentur. Illi igitur exilii causa solum verterant, & absentes capitis à Spartanis damnati, bellum à patria averterant. *Paus. in Achæicis.*

Adrubal & Carthalon duces Carthagenensium damnati à suis fuere, quod etli neque temere, neque parum accessu bellum inchoassent adversus regem Masinissam, socium Romanorum; tamen ne hinc belli Punici renovandi occasionem ullam fumerent Rom. vel ut sumptas deponerent, istud non publico, fed privato consilio captum esse, Romani Imperatorum pena & supplicio perferende voluerunt. Sic miseranda necessitate interdum periculo unius civis, aliorum omnium saluti consilium: sic denique jus privatorem infringitur, res singulorum publicè occupantur, publicam meriendo utilitatem, & quid magis in universum atque in commune bonum est, quam quod in singulos justum & optimum? *Ærodius ex Apiano in Libyco.*

AMORE.

Græci superatis ad Thermodontem fluvium Amazonibus, tribus navibus, quacumque capere potuerat, abduxerunt. At ille dormientes in mari interfecerunt omnes, & navium regendarum igitare, ad Maotidis paludis prærupta delatae sunt in Scythiam. Ibi cum prædas agendo Scythas excitassent, & illi primum viros esse existimassent eorum ætatis, mox cadaverum inspectione feminas esse cognovissent, nullam amplius earum occidendam putarunt, fed juvenum quosdam delegerunt. Qui castra castris opponerent, earumque studia planè imitarentur. Itaque Amazones quæ armis debellari non poterant, cum adolescentibus mixtis castris habitare cepissent, eorumque linguam didicerunt, persulerunt etiam, in relicta ea terra Tamam transfugerent, & tritum diem itinere Orientem versus sedes suas collocarent. Quæ locum nunc incolunt Amazones. *Herod. l. 4.*

Quidam Jones advenæ Mileti seditione adversus Nelei filios mota, illic Mynta petierunt. Ibi sedibus positus multum exagitabantur à Mileisitis, qui eos, quod ab ipsis defecerant, bello persequerantur. Non fuit adè tamen inexpiabile bellum, quin haberent muta quædam commercia: sed certis feriis Miletum mulieres Myntæ commebant. Pythes nobilis inter Jones vit conjugem habebat Japegiam ac Pieriam sitam. Cum infaret apud Milefos festus dies ac sacra Diane, quæ Neleida vocant, uxorem cum siliâ misit petitum, ut ad solemne ire eis liceret. Inter Nelei filios maxima opes erant Phrygii. Hic Pieria captus amore, qua re devincere posset ejus animum, rationem inibat. Illa suggestit: Si effeceris, ut sapius hæc multis comitate veniendi mihi copia sit, bellum sedavit. Unde celebrata fuit & honorata utraque in civitate Pieria. Ac Miletes femine etiam nunc, ut ita amentur, quomodo à Phrygio Pieria, vota faciunt. *Plut. de Virtut. mul.*

SUSPICIONE INFECTA.

Proditioms.

Q. Mutius, qui postea Scævole inditum fuit cognomen, quali relaturus Porienæ regi gratiam, quod humanitas ab illo tractaretur, quodque inventus etiam apud hostes virtuti esset honos: Quod, inquit, o rex, nullo expugnatus supplicio tibi nunquam indicassent, id nunc spontè indicaturus sum, ne non aliqua saltem parte referendæ gratiæ memor tibi ac gratias videar. Trecenti unâ juvenes conjuravimus, quibus idem est consilium te interficiendi: Sors mihi patrandi negotii prima contigit, ceteri tui quoque tempore rem aggressuri sunt. His dictis Herules rex tertius, pacem cum Romanis fecit. *Livius.*

Eadem historia veris panum mutatis repetitur infra. *Tit. Hostes cohiberi terrore, s. Andacia.*

Laurentius Medices, ut Innocentium IX. Pontificem qui E contra Ferdinandum regem Neapolitanum bellum gerebat, ad pacem traduceret, per certum hominem liceras Pontifici tradendas curavit, ita perscriptas, ut à Roberto Sanseverinate, Pontificis copiarum ductore, ad hostes de produtione missæ atque interceptæ viderentur. Pontifex lectis literis, cum per fe suspiciosus esset & paci deditus, ne à Roberto detertus, iniquissima conditione bellum gerere, vel pacem amplecti, quam hostes vellent, cogere, pacem Ferdinandò dedit. *Brutus l. 8. Hist. Florent.*

Defectionis.

Artaxerxes Mnemon Persarum rex Cadusis intulit bellum ccc. millibus peditum, & decem equitum. Regio eorum est fælebrofa & nebulosa, sementique & frugum infæcunda: pyris verò sylvestribus, pomis, & aliis id genus fructibus homines bellicosos ferocisque alit. In hanc delatum graves difficultates & discrimina imprudenter exceperit. Nihil enim illic sumere erat commeatum, neque aliunde importare. Jumentis modò tolerabant fe, ut caput asini vix ix. drachmis venale esset: Deficiebant jam regem commectus, pauci autem equi adhuc reliqui erant, ceteros in cibo consumperant. *Ibid. F* Tiribazus, qui crebrò locum apud regem virtutis causa obtrunerat primum, crebrò ob levitatem eo dejectus, tunc verò abjectus contemptique erat, regem & exercitum servavit. Nam apud Cadusios cum essent duo reges, uterque autem haberet scortum castraadit Artaxerxem, cui postquam, quid pararet, aperuit, ipse ad alterum Cadusiorum regem est profectus, ad alterum clam filium misit. Uterque utriusque impostit, alterum demonstrans missis ad Artaxerxem legatis amicitiam & societatem soli sibi quærete: Quare si saperet, faciendum et, ut prævartat: adiutorem se fei in omnibus fore. Hisambo fidem habuere: & quia invidiam mutuum habebant suspectam, alter cum Tiribaze legatos, cum Tiribazi filio alter misit, & cum Artaxerxe pacem composuere. *Plut. in Artaxerxe.*

DISSIMULATIONE

Vitiorie.

Macedonum reges, ne sibi reditum in gratiam cum finitimis præcederent, nullam de hostibus victis trophæum erexerunt. *Paus. in Bæoticis.*

Inimicitie.

Gabaonitz Hethzi, cum Josue successum in hostibus suis subigendis, & ex Dei præcepto ad internecionem delendis, vi derent, vite suæ prudenter consuluerunt. Simulata enim legatione, exoletos saccos asinis imponunt, utreque vinarios laceros & refartos; calcamenta vetera pedibus induunt, penulis vetustis se tegunt, panem mucidum in commeatu sumunt, & ad Josue in castra Galgalensis sese conferunt, eique nunciunt, sese ex finibus remotissimis (quod ex lacero illorum habitu, & via longitudine attrito intelligi posset) sedentis pacisque causa ad eum venisse. Ictum est igitur cum illis fædus, non consulto Domino. Triduo post intelligunt Itraelitarum illis juraverant, violari non poterant, quamvis plebs id molestè ferret. Vita igitur illis concessa à Josue, sed propter mendacium, servi publici constituti sunt, ut lignatores essent & lixæ ipsius templi. *Josue 9.*

Contra Tufcalanos, qui defecerant, Tribunum creaverant Romani Furium Camillum. At Tufcalani errorem callidè avertescentes, cum esset jam in expeditione adversus ipsos Camillus: aratoribus pastoribusque agros, ut in alta pace, compleverant, patebant portæ, pueri in ludis operam literis dabant, ex vulgo opifices suo quisque operi intenti conspiciabantur, spectatores in foro observabantur togati, magistratus sedulo circumibant ad designandum Romanis hospitia, tanquam remoti ab omni suspicione essent mali, nec cujusquam sibi commissi consilii. Hæc res non exemit quidem eos apud Camillum penitentiam opinionem, sed illorum penitentia, ut produtione flexit eum ad misericordiam: senatum adire iussit, ut pœnam deprecatum. Deprecationibus adit Camillus, ut & crimine liberarentur, & civitatem impetrent. *Plut. in Camillo, & Val. Max. l. 1. c. 3.*

AUCTORITATE.

Quum Emericus, mortuo patre Bela III. Ungarie regnum beneficio priore genitura obivisset, frater Andreas iniquo id ferens animo, bellum ei indixit. Emericus Rex cum fratrem neque literis neque magnis internunciis sibi conciliare posset, & utrinque acies instructæ constitissent, depositis armis & stipatoribus

Atoribus relictiis, coronam septrumque gestans, per medias fratris acies incessit, & salutari cohortatione omnium animos usque ad pacem converso, fedus cum eis, datis acceptisque obsidibus, fecit: ex quibus qui dati sunt, Aetius precipue memoratur. *Sigon. 11. l. Imp. occid.*

FOEDERE.

Gothis ex Illyrico profectis Hunni successerunt, atque in primis Pannoniam tenuerunt. Honorius Imp. Gothorum armis in Italia pressus, eos prohibere non potuit, sed meliorem consilio, animo ad pacem converso, fedus cum eis, datis acceptisque obsidibus, fecit: ex quibus qui dati sunt, Aetius precipue memoratur. *Sigon. 11. l. Imp. occid.*

DEDITIONE.

Theffali, Xerxe in Graeciam descendente, cum viderent regionem suam imbecilliter, ut quae obstructo uno Pencilveo, in mare fere exonerantis, tota aquis obrui posset, se Xerxi mature dederunt. *Herod. 1. 7.*

HOSTIUM IMPERATOREM CAPERE

AUT OCCIDERE.

Judith vidua, formam suam ornatu & comitu auxit, & ad Holofernem Cambysis regis ducem profecta, qui Bethuliam arcta obsidione urgebat, simulavit se transfugam venisse Divinitus enim revelatum sibi, Bethuliam excindendam, propterea quod fame urgente cives a carnibus in lege vetitis non abstinuissent. Commeatum autem simulaverat, comite ancilla, ne immundo cibo uti cogeretur: & ab Holoferne obtulit, ut sibi nocte media in vallem progredi, Deique oraculum, quod Holofernes referret, consulere liceret. Quarto die ad cenam invitata ab Holoferne, libens paruit: & vino etiam ad eum inebriandum liberaliter usa, in tabernaculo eodem permansit. Holofernes ejus amore ardens, vino tamen madidus, pudorem hujus non sensit. Illa acinae caput ejus amputans, nocte intertempa tanquam ad preces egressa, ad suos rediit. Et sic hostem superfluum prudentia sua domuit, patriamque liberavit. Vide historiam sacram. *1. Jud. c. 13.*

Cum bellum exortum esset inter Athenienses & Bæotios, Xanthus Bæotus Thymotem Atheniensium Imperatorem ad singulare certamen provocat. Quo recusante, Melanthus Melanthenus successit, peregrinus, & a Periclemene Nelei oriundus. His igitur singulari certamine dimicantibus, quidam a tergo Xanthi nigra pelle capre indutus, apparuit. Tunc ille, inique eum facere, inquit, quod ad singulare certamen cum socio accedere. Ac dum respiciens convertitur, ab adversario dolo cæditur. Cum vero Dionysius crederetur, quem pelle capre indutum apparuisse autumant, dies festi fuerunt in ejus honorem ab Atheniensibus mense Octobri instituti. *Aparria dicitur. Natalis Comes Mycol. 1. 5. c. 13.*

Ex bello, quod Milylenæ de Achilridis, seu Troadis, uti Strabo, sive Sigæ, ut Polyænus habet, agro cum Atheniensibus habuere, Pittacus Imp. factus, singulari certamine cum Phryone Atheniensium duce congressus est. Erat is valido corpore: quippe qui Pancratiales & Olympionices fuit. Viccit tamen vires corporis, animi prudentia. Rete habuisse ferret Pittacus sub cypro occultum, quo medio certamine hostem, minus ad tales infidias cautum, subito jactu impicuum permisit. Ex ea pugna exemplum retiarie pugnae in arenam manasse memoratur. Quibus cum recipientibus, quasi iustam iram causam habentem: corrupti, qui principi ipsorum infensos esse aut Aristocori, iis sociis usque, inter pompam sacrificare eum volentem adortus, interfecit. *Polyæn. 1. 2.*

Aegelius in pugna ad Matineam monuit Lacedæmonios, ut aliis nihil omnibus Epaminonda perirent: solos ferens esse prudentes, fortes, audacesque victoriam esse & Hunc igitur si sustulissent, facile facturos alios: nempe insipientes esse & diabolare. Quod ipsum eventum comprobavit. Nam cum victoria penes Epaminondam esset, & effusi in fugam Lacedæ-

monii signa converteni & receptui canenti, Lacedæmoniorum quipiam lethale vulnus dedit. Qui ut cecidit, versi a fuga in hostes qui cum Agefilao erant, dubiam fecerunt victoriam: quod multo Thebani gessissent fe ignavius, & multo fortius Lacedæmonii. *Plut. in Appobez.*

Phebiades præfectus Cadmeæ arcis Thebanae, amabat uxorem Epaminonda. Illa marito rem aperuit. Epaminonda ei mandavit, ut erga Phebiadem amorem simularet, & noctem confunderet, quasi etiam amicus ejus alias feminas adductura. Quibus confutatus, ille venerunt, & usque ad ebrietatem cum Phebiade & ejus amicis biberunt: mox poterunt copiam exundi paulisper ad sacrificium quoddam nocturnum, statimque se reveritus pollicite sunt. Qui permiserunt, mandantes portitoribus, ut iterum eis introniterent. Ille exierunt. Apud portas vero juvenes imberbes, mulierum vestibus permutatis, & unam ex eis assumentes interioris viae ducem, & quæ pauca cum portitoribus loquerentur: ita ingressi, tum Phebiadem ipsum, tum omnes qui circa eum erant, interfecerunt. Cadmeam occuparunt, & a cervicibus patriæ Lacedæmoniorum tyrannidis jugum excusserunt. *Polyænus lib. 2. Sed Plut. de Socratis demonio, longe aliter Thebas Archie tyrannide liberatas scribit.*

Datam exercitus ducem Artixerxes contra Aspim misit, qui Cataoniam, gentem Cappadociae confinem, tenebat. Datames cum paucis in Ciliciam profectus, Taurumque transfegressus, eo quod studebat, brevi tempore venit. Aspis cognoscit hand longe abesse, profectumque eum venatum: quem dum speculatur, adventus ejus causa cognoscitur. Pisidas cum suis quos secum habebat, ad resistendum Aspis comparat. Id audiens Datames, arma capit, suos sequi jubet: ipse quoque conatito ad hostem venit. Quem procul Aspis conspiciens ad se ferentem, & conatur resistendi deterritus, sese dedit. Eum Datames vincitum, ad regem ducendum Mithridati tradidit. *Probus in Datame.*

Gelon Siculorum tyrannus, cum Himilcone Carthagenensium duce, prælio decertare non audebat. Ergo Pedarchum sagittatorum præfectum, sibi forma & aspectu similem, tyrannicam veste indutum, e castris progredi, sacrificiumque in aris facere iussit, & eum sequi sagittatoris candidis vestibus amictos, myrum ferentes, atque sub myro arcus occultantes. Cum autem viderent Himilconem etiam ipsum ad eundem modum progredientem, & sacrificantem, tela in eum conjecere. Itaque Himilcon, nihil tale suspicatus, libans, sacrificansque, vitam finivit. *Polyæn. 1. 1.*

Hannibal primo Punico bello Corn. Asinam Col. Ipe pacis ad colloquium vocatum, interemit. *Volater. lib. 13. capite 3. Antrop.*

Carthageneses, cum in Sicilia cognovissent Romanos majorem navium copiam habere, ut eas disisterent ac disparent, quibusdam suis civibus persuadent, ut transitionem faciant. Qui cum ad Romanum ducem Cn. Cornelium pervenissent, promiserunt se Liparam insulam Siciliae objectam ei producturos. Qui fidem eorum verbis habens, in naves impostis milibus, Liparam versus navigavit. Carthageneses contra consulerunt Romanis navibus prætereuntibus, legatosque ad Cornelium miserunt: qui suppliciter consilium deprecantur de pace, eumque conspicati rogaverunt, ut in navigium transiret, quod Carthagenensium dux gravi morbo conficietur, ut iustis conditionibus de pace liquidius transirent. Romanus persuasus, transcendit ad Carthagenensium. Libyici cum ducem in sua potestate haberent, cum universis navibus impetu facto, facile victoriam consecuti sunt. *Polyæn. lib. 6.*

Bello sociali erat Q. Cæpio in Q. Pompeio oppositus. Is capiendi hostis gratia hujusmodi est consilio usus. Duos impuberes servos, liberali indole, purpuraque ornatos, secum pro filiis ad hostes traxit, obtulique plumbi massas aureas & argenteo oblitatas, atque tum libi: Hæc, inquit Cæpio, cum filiis certum meae fidei pignus habeto, tu me sequerere: nam in fidem Romanorum rediturus, confutit, non sine magno merito redire. Castra quibus præfuit, & totum exercitum uno tempore in tuam potestatem redigam. Cæterum maturato opus est, ne qui in castris sunt, meam absentiam suscipere habere incipiant. Cæpio hostem pro transfuga secutus, in insidiarum præcipitibus, cum multis interceptus perit. *Sabell. lib. 2. En. 6.*

Surenas, Parthorum dux, cum M. Crassus turpiter prælio fugatus discederet, & per montana iter facere conatur, metuens, ne pugnam ex desperatione redintegraret, legatum ad eum misit, qui in hunc modum referret: Composit tecum amici-

Amicitiam rex magnus: & cum fortunam suam Romanis ostenderit, nunc humanitatem eorum ostendere confutit. Crassus dolus suspicatus, motum gerere volebat. Milites, quorum animi essent fracti & defessi, coegerunt eum, comploris armis Barbaro credere. Crassus invitus pedibus iter faciebat. Surrenas summa usus humanitate, equum aureo freno præditum ei tradidit, in quo eum sedere iussit. Barbarus autem equorum curatur, adnotis calcibus, equi curiam accelerabat, ut Crassum in medium Parthorum multitudinem conjiceret. Octavius unus ex Crassii legibus intellecta fallacia, frenum apprehendit, & post eum unus tribunorum Petronius. Sic Octavius extrahendo gladio equi curatore interfecit, Octavius alius quidam Parthorum; Crassum verò exiliens Parthum occidit, ejusque caput & dextram abscissam ad regem magnam Parthorum Herodem deportavit. *Polyænus 1. 7. & Plut. in Crasso.*

Milos quidam ex militibus Eleazaris Tryballorum ducis, cui Amurates Turcorum Imp. bellum faciebat, utransuga ad Amuratem profectus, ostendit regem stantem in acie, ad prælium accinctum. Hastam igitur accipiens, nam ei venienti rex decedere exercitum iusserat, Amuratem interfecit: nec non ipse ibidem fortiter inter hostes prælians, occubuit. *Chalcodyles 1. 1.*

Sveno Danorum rex, qui oppresso patre Haraldidololatriam restituerat, contra Jolinenses piratas ad Moen insulam classem vehebatur. Selavi matutino crepusculo delectos remiges subornaverunt, qui simulato ab excubiis reddito, linte ad prætoriam procecti, esse aliquid dicerent, quod fecerit regem nosse oportere. Regem noctu explorata rei nuntium afferri ratus, detracto navigii regimine, caput exeruit. At ille subito cervicem ejus violente amplexu corripuit, & apparitorum ope in myoparonem detraxit, & celeri cursu secum avexit. *Saxo 1. 20. & Crantz. 1. 2. Vandalia, c. 33.*

Petrus Lauretanus adversus Genuenses imperator à Veneis declaratus, classe instructa Ligusticum oram populabundus, Genuenses ipsos ad navale prælium exivit, ad Rapalitanum sinum. Quam prælii gerendi tempus jam immineret, simulata fuga retrocedere cepit. Insequentiibus Genuensibus, secutus ventorum afflatum feliciorum, conversis navium proris, partim virtute storum, partim consilio, secundoque aura adjunctus, iussit aliquot navibus prætoriam Genuensium primum aggredi. Sic turrem ipsi prætoriam oppressa, & Franciscus Spinula dux captus est, reliqui Genuenses in fugam conversi sunt. *Egnat. lib. 7. cap. 4.*

Raix Nordinus (qui regis Zeifadimi nomine Armurienis regnum administrabat) Zeifadimium venis sustulit: & Zeifadimi liberis exclusis, Terunam illius fratrem regem creavit, ut regni potestatem & jurisdictionem ipse perpetuo retineret. Cùm autem senio confectus esset, in nepotem suum, Raixhamed nomine, quinque & triginta annos natum, potestatem eam transtulit, ut ipse regni procuratore liberatus, regi opibus alieno labore fruereur. Raixhamed locum illum apud regem tam firmis præsidii obsessum tenuit, ut non modò regnum, sed regem ipsum acerbo dominatu premeret. Omnia speculatoribus erant plena, ita ut rex hircere non audeat, ne si quis, quod Raixhamedum offenderet, enuntiaret, oculis aut vita privareur. Hamedius interim clam Lusitanos adversari, arcem, quam extruebant, impedire. Præterea ut regem à fide Emmanuelis averteret, pileum cum Allis præcationibus & institutis ab Ismaele Periarum rege milium, sumere coegerat: ut eo signo se Ismaeli profus addictum ostenderet. Hæc omnia cum Alfonso Albuquerque, Lusitanorum prætor, explorata haberet, cum occidere decrevit: sed ne grave bellum & intestinum excitaret, se egregie in illum animatum simulans, regi sibi illi opus esse conventu nuntiavit, ut arcena quedam, quæ erant in republ. & ad regis Emmanuelis statum pertinebant, cum illo & cum Hamedo communicaret, locum ipse deligeret, ubi colloquium fieri posset. Hæc ample arcem, quæ edificabatur, conjunctæ, in quibus Simon Andradius habitabat, delectæ sunt. Confutium ab utraque parte fuit, ut Albuquerque cum suis duobus, sine ullis armis, conveniret, & rex similiter cum certo nobilium virorum intermedium numero se in conventum illum daret. Regi tantum & Albuquerque præmissum fuit, ut utroque armigerum cum gladio duceret. Reliqui Lusitanos atque Persis, qui in litore consitebant, necerant in ades ingressari, licebat ar-

quis accingi. Albuquerque ea nocte, que diem cædi destinaram præcessit, secreto duces evocavit, quod in animo habebat, aperuit, & ut arma vestibus abderent, admonuit. Itaque sequenti die cum Hamedius armis tectus, Albuquerque, quem imparatum eò venturum arbitrabatur, interficendi ergo in ades sese contulisset, Albuquerque cum accurre cepit, quod arma gestaret, & ea ut deponeret, imperavit. Is suorum auxilio fretus, gladium intravit. Albuquerque brachium illius arête tenuit. Duces accurrunt, hominemque multis vulneribus concidunt: cum illum interfectum cerneret, metu propemodum examinatus est. Albuquerque verò illum hilari sanè vultu complexus admonuit, ut timorem omitteret: Post hac, inquit, & liber & rex eris, & tuo iure uti perpetuò poteris. Rex ab Albuquerque in superiorem aedum partem, unde ab omnibus posset conspici, deductus, omnes bono animo esse iussit: nullam sibi à Lusitanis injuriam allatam, sed singulare beneficium tributum: Se tunc & libertate donatum, & in regni possessionem missum, ut suos aequitate & humanitate debita gubernaret. *Oforius lib. 10. rerum Emmanuelis.*

In urbis Plescoviaæ pertinaci obsidione, Joannes Ostromeicus, qui tormentorum curam habebat, hujusmodi rem ad Samolejum deserit. In arca ferrea duodecim tubos sclopetarios, quo citius rumpentur, ex industria renovatos, ordine disposuerat, eosdemque subtilissimo pulvere, ac arcam ipsam impleverat: in medio eam sclopeti partem, quæ rota atque incumbente silice ignem ad pulverem incendendum elicit, tentam paratamque constituerat. Arca ea in ligneam cistam imposita, fibulam, quæ attracta rotam luxare, ignemque excitare solet, duabus chordis, una ad inferiorem ligneæ cistæ fundum, altera ad ipsam ferreæ cistæ operculum alligata: ea ratione, ut sive ferream arcam ex lignea quis eximeret, seu ipsius ferreæ tectum moliretur, necessario utraque re pulvis inflammaretur, tubisque atque arca ferrea fracta astantes percelleret. Hanc si ita ad Svilejum mississet, minime sibi obtemperatum, quin eam excuteret, sequeretur in fraudem induceretur, existimabat. Noluerat tum Samolejus permittere, ut hujusmodi artibus contra hostem res gereretur. Jam verò publica fide à Svificio prius violata, Solkevioque ac aliis omnibus, qui in consilio Samolejo aderant, urgentibus, ut ejus in se perfidiam ea ratione ulcisci sibi liceret, Ostromeicio rem totam permisit. Hic captivum hominem idoneum naclum, per aliquot dies benignè habuit, tanquam magni secreti concium facturus, juramento adigit, fideique ejus sibi obstringit. Fingit, Joannem Mollerum quendam se esse: cum Farsenbextio quondam apud Principem Moscorum militasse: postea etiam illo ad regem se conferente, auctoritatem ejus secutum: ac etiam aliquo apud Regem loco esset, pristinam tamen Moscorum Principis in se indulgentiam requirere: eamque ob causam interfecto prius imperatore exercitus, cum pro officio suo rei tormentaria remotis arbitris communicatus cum eo esset, ad illum rursus transire in animo habere. Interim cistam eam ut ad Svificium supremum Ducem perferat, rogare: in eam pretiosissimas quatuor suas ac alias magni momenti res se confecisse: brevi ipsum opera prius ea, de qua dixisset, Principi Moscorum navata subsecutum: magni autem sua interest, ne priusquam ipse veniat, cista resignetur. In eadem sententiam ad Svificium literas perferendas illi dar. *Mofcus duplici læritia elatus, quod & libertatem recuperaturus, & tam gratum nuntium ad Svificium perlaturus esset, perque excubias ab Ostromeicio traductus, ad Svificium pervenit; qui cum eo tempore aliis rebus occuparetur, cæteros qui ad consilium tum sorte convenerant, nullo ad cognoscendum sibi spatio sumpto, aperite statim cistam jubet. Concurrent complures rei novitate, atque innata hominibus curiositate ducti. Ferocissimus omnium Andreas Chorostinus, alter Palatinus, & semulus Svificii, quemadmodum postea cum ex Alexandro, qui pace facta ad Lescovienses à Legatis missus fuit, de quo infra dicitur, tum pace facta ab aliis multis compertum est, pede in cistam ligneam imposito, ferream manu sua ipe extrahere nititur. Interim fibula convulsa, pulvereque inflammato, arca ferrea ac tubis disjectis, non modò astantes omnes dissipantur, verum teclum etiam pars aliqua vi ignis ac fractorum ferramentorum convellitur: præ cæteris maximè insignes, Andreas, de quo dictum est, Chorostinus, & Cholectius perire. Erat & de Svificio suspicio, cum ex agritudine per continuos aliquot dies copiam sui non fecisset: maxime autem apud nostros opinio hæc confirmabatur, quod cum assidue antea in muro versari, perque stiones voltare solitus fuisset, nunquam*

A quam postea se ostenderet. Verum hac de re contumeliose postea littere scriptae a Svirio ad Samofejum fuerunt: ab iis- que ad singulas certaminis provocacionem descensum inde fuit. Verum Samofejo confutatio die cum demonstratis ante insignibus in designatum locum progressi, hostis non prodit. Reinald. Heidensten. l. 5. belli. Moscov.

HOSTIUM CONSILIA ET INSIDIAS DETEGERE, PRÆVIDERE.

Hic Titulus generalis est. In species varias dividi potest, quatenus conatus illorum res ipsa inanes reddimus, eorumque consilia eludimus, quacunq; tandem ratione id fiat.

QUID. NEMPE.

INSIDIAS POSITAS.

Tifamenus Orestis F. exercitum ducens, cum vidisset multas aves super eum locum volitare, non autem in terra considerere, intellexit, eas hominum ibi latentium metu non considerare: & locum percuratus, aggressusque, Jones positos in insidiis interecit. Polyen. l. 2.

Archelaidas Lacon cum exercitu per viam suspectam iter facere volens, quod non præcivitur futurum, sed cogitavit fieri posse, id quasi præcognitum indicavit multitudini: & præcepit, ut instructi ad pugnam proficerentur, quoniam hostes insidias tenderent. Cum forte fortuna in maximas insidias incidissent, non prævidentes hostium apparta, ipse prior impetum fecit, & facile omnes occidit, qui positi in insidiis fuerant, quoniam suos ante instructi ac parati jusserat. Ibidem.

Iphicrates Sicionem oppugnabat. Lacedæmonius præfectus ex Lacedæmone auxilium accersens, jussit, missos in insidiis colloari. Hinc viam ad urbem dirigens, transit insidias. Aliqui feroces ex urbe minabantur audacius: Nunc verò pœnas dabis. Iphicrates suspicatus aliquos esse, in quibus illi spem haberent, statim revertitur per aliam viam discretum, & compendiosam: atque ipse delectis robustissimis, continet eos, qui in insidiis latebant, obruit, & omnes morte caecit, confensus se errasse, quod non ante loca percuratus fuisset: suspicione verò repentina optimè usum esse, quod exemplo insidiantes adortus esset. Polyen. l. 3.

L. Amilius Paulus Cos. Bello Etrusco apud oppidum Coloniam dimissurus exercitum in planicium, contemplatus procul avium multitudinem citatiorè volatu è sylva conlatrexisse, intellexit illic aliquid insidiarum latere: quod & turbatae aves, & simul plures evolaverant. Præmissis igitur exploratoribus, comperit decem milia Bojorum, excipiendo ibi Romanorum agmini immineret: eaque alio quam expectabatur latere missis legionibus, circumfudit. Front. l. 1. c. 4.

AUXILIA.

Hastubal frater Hannibals, Livii & Neronis exercitum (quamquam hoc illi non duplicatis castris dissimularent) conjunctum intellexit: quod ab itinere strigiosiores notabat equos, & coloratiora hominum ex via corpora. Front. l. 1. c. 2.

CUNICULOS.

Consule Tit. Urbes defendere, ubi deprehendendum cuniculorum exempla aliquot reperies.

LITERAS ADULTERINAS.

Pyrrhus Epirotatum rex bellum inferbat Antipatro Macedoni. Lysimachus cum fuderet Antipatro succurrere, erat implicatus ipse negotiis. Verum quod Pyrrhum omnia sciret gratificatum Ptolemæo, neque quicquam denegaturum, misit ad eum litteras adulterinas, quasi illam expeditionem peteret Ptolemæus, ut mercede accepta ab Antipatro trecentorum talentorum, omitteret. Soluta epistola, confestim odoratus Pyrrus est Lysimachi fraudem: Neque enim scriptam habebat consecratam salutationem, Pater filio S. D. sed, Rex Ptolemæus regi Pyrrus S. D. Plut. in Pyrrho.

M. Marcello Cos. ex insidiis caelo, Crispinus ad vicinas civitates nuntium miserat: quia collega interisset, & anulo ejus potius esset hostis, à litteris nomine Marcelli compositis non cavertent. Salapiani jam Crispini nuntius venerat, cum litteræ ab Annibale afferuntur, significantes, Marcelli nomine se eò proxima nocte venturum. Salapiani cognita fallacia viri, nuntioque remisso, intentissima cura hostium adventum expectant. Quarta vigilia Annibal ad urbem venit. In primo agmine locati ex industria erant perfrige Romanorum, ut

Latinè loquentes fidem facerent, Marcellum adesse: horum E cum ad sexcentos oppidani introduxissent, clausa porta, reliquas copias telis repellunt, introductos ad internecionem cadunt. Auctor vita Hannibals.

PER QUOS. PER DUCES ipsosmet.

Saladinus Aegypti Sultanus, audito Christianorum principum apparatu ingenti, quo Hierosolyma ipsa recipienda esset non dubitavit. privati habitu, posthabito regio solio, Gallias ipsas, & Germaniam, adde etiam & Hispanias obire. Que quum omnia accuratius lustrasset, ad suos incolum rediit. Quod certè facinus nemo dicere possit non plenum temeritatis fuisse, si quis tamen Saladinum ipsum rectè satis æstimet. Egnatius l. 9. c. 8.

Sedebat ad Caravagium Franciscus Sfortia Mediolanensium imperator contra Venetos, cum Albertus Brandolinus persuadere nitetur, Caravagio opem ferendam. A qua sententia est omnes abhorrebant, ille coloni tandem habitu uvam secum venalem ferens, in Sfortia castra transiit, omniaque diligenter explorans, ad suos incolum reversus, in suam sententiam traxit omnes, sed infelici eventu. Nam prælio Sfortia congressi, memorabili pugna superati fuere Veneti. Egnat. l. 9. c. 8.

Mardias Corvinus Ungariz rex, cum propè Turcos castra metatus esset: pagano amicit, cum uno tantum comite secum juvenco inter eos, qui comitatus in hostilia castra ferrent, insinuavit. Cum eo pervenisset, toto die pro tabernaculo Turci hordeum vendidit. Ingruente nocte, se in colorem in sua castra recepit. Scriptis ad hostem, se pridie ejus castra penitus explorasse, vendidisse rusticis sub persona hordeum, ad tabernaculum ejus: & quò majorem dictis fidem faceret, feculorum numerum & epularum cuncta genera retulit. Que cum hostis accepisset, timore percussus, postero die castra solvit: veritus Corvinum regem non modo ad vallum sibi occursum, sed & tabernaculum invasurum. Bonfin. l. 8. Dec. 4.

CAPTIVOS.

In obfidione Vejorum, que integrum serè decennium duravit, Romanus quidam familiaritatem contraxit cum Vajente quodam veteris disciplinae homine, qui scientia divini præstare dicebatur. Romanus ubi hunc vidit de lacus Albani media æstate exundatione gaudentem, atque obfidionem habentem ludibrio: quasi tractatus cum eo de aliis quibusdam rebus additis, longius abductum hominem à porta, prævalens viribus, sublimem arripit, atque in potestatem suam redactum dedit ad imperatores. Ita oppressus ille, considerans fatum esse inevitabile, fores patriæ suæ occultas aperit, non ante expugnabilem eam, quam lacum Albanum hostes effusum retro à cursu suo derivant, atque averterent à mari. Cui cum consentiret Delphicum etiam oraculum: sacerdotem sacrificare, & populum operi se ad averterendam aquam accingere ceperunt. Atque decimo tandem anno à Camillo Veji expugnati sunt. Plut. in Themistocle.

M. Cato in Hispania, qui ad hostium consilia alia via venire non poterat, jussit trecentos milites simul imperum facere in stationem hostium, rapumque unum ex his in castra perferre incolam. Tortus ille, omnia suorum arcana confessus est. Front. l. 1. c. 2.

EXPLORATORES.

Pompilius exploratum misit viros sibi invicem ignotos, ne conspirationem facerent, & res falsas referrent: iisque interdixit, ne cum aliquo in castris sermones miscerent, ne qui eis invidentes, hostibus futurum illorum adventum significarent. Polyen. l. 7.

Q. Fabius Maximus bello Hetrusco, dum adhuc incognitè forent Romanis ducibus sagaciores explorandi via, fratrem Fabium Cationem, peritum lingue Hetruscæ, jussit Hetrusco habitu penetrare Ciminniam sylvam, ante militi Rom. intantam. Quod is adeo prudenter atque industrè fecit, ut transgressus sylvam, Ombros Camertes cum animadvertisset non alieno nomini Romano, ad societatem compulset. Front. l. 1. c. 2.

Atia Hunnorum rex, ut quid cæteri in se molirentur, cautius experiretur, ad quatuor serè Imperii sui limites, exploratores, tanquam in specula, collocasse fertur: item, & speculatoribus quemque continuatos cursores habuisse, qui celeritè ad eum cuncta nova perferrent: alterum in Colonia Agrippina, qui Occidentis: ad Tanaim alterum, qui Orientis: ceteros

A ros partim ad Lituaniam, partim Jaeræ statuisse, qui Septentrionis ac Meridiei res novas explorarent. Bonfinus libro 5. Dec. 1.

Nulla fuit urbs Italiae, aut etiam non Italia remotior, in qua Græcorum Imp. Manuel Comnenus non unum conjuratum, & hominem sibi fidelem haberet. Unde quæ in conclavibus Romanorum adversarij clam consultabant, ea omnia resciebat. Nicetas l. 7.

Ferdinandus Davalus Piscarius affirmabat, Nusquam à sano duce utilius & melius ponti sumptum, quam quò certis speculatores pace & bello pararentur. Iovius in Piscario libr. 6. Similiter Confalvus Magnus in speculatores immensam vim pecunie, ad sexcenta millia supra quadringentos & nonaginta quatuor aureos, absumpsit. Paulus Iovius in Confalvo.

QUOMODO. SIMULATIONE

Legationis.

B Cambyfes Rex Persarum, ad Aethiopes Macrobius, sub specie legatorum, cum muneribus misit Aethiopes quosdam Ichthyophagos, Herod.

Mennon infidias Leuconi Bosphori tyranno ponens, cum explorare vellet, quanta hostium esset magnitudo, & incolentium in ea terra multitudo: Archibadem Byzantium in ririem legatum ad Leucorem misit, ut de amicitia & hospitio cum eo loqueretur. Misit autem unà cum illo citharædum Olymbium, nomine Aristonimum, propter artem celeberrimum, & in primis eo tempore apud Græcos: ut in transitu, si appellerent, speciem edentes citharædos, incolisque in theatra summo studio confuentibus, multitudo hominum nota legato fieret. Polyen. l. 5. j.

Carthaginenses miserunt, qui per speciem legatorum longo tempore Romæ morarentur, exciperentque consilia Romanorum. Front. l. 1. c. 2.

Rependit major Africanus Thrasymenam cladem Carthaginensibus in Aphrica, cum res hostium per legatos, qui citro utroque induciarum prætextu mitebantur, speculatos, nocte una bina hostium castra incendit, incensa expugnavit, duosque validissimos dedit exercitui. Sab. l. 10. c. 6.

Idem capta occasione mittendæ ad Syphacem legationis, cum C. Laelio servorum habitu tribunos & centuriones electissimos ire jussit, quibus curæ esset, prospicere regias vires. Ex quibus L. Statorium, quia sæpius in ejusdem castris fuerat, quidam ex hostibus videbantur agnosceret. Occultandæ ergo conditionis ejus causa, baculo ut servum castigavit. Hi, ut liberius castrorum positionem scrutarentur, equum de industria dimissum, tanquam fugientem persecuti, maximam partem munitimentorum circumierunt. Que cum nunciasset incendio confectum est bellum. Front. l. 1. c. 1. & 2.

Defectionis.

David Rex regno pulsus à filio Absalon, cum magnam partem populi defecisse videret, Hierosolymis excessit, negotio dato Sadoe & Abjathar Pontificibus, ut sese de omnibus Absalon consiliis certiores facerent. Chusai quoque Architam consiliarium suum subornavit, ut defectione simulata, Absalon sese insinaret, itaque prudentia omnia consilia Achitophel D. Giloni, qui pertè à Davide defecerat, irrita faceret. Id quod & factum est: Nam cum Achitophel cum xii. millibus Davidem statim opprimendum censeret, antequam Jordanem traiceret: Chusai illi dissuasit, fortitudinem Davidis ejusque comitum exaggerans; quin potius cogendum universum Isaacitarum exercitum, & in omnibus viribus Davidem veteranum aggredendum. Placuit Chusai consilium Absalon: & interim per Achimam, Sadoe, & Jonathan, Abjathar filios, certior factus de ea re David, Jordanem traiecit incolomis, & ab Isaacitis amicè susceptus est. Achitophel agrè fecerit prælatum suo Chusai consilium, laqueo sibi guttur iregit. 2. Reg. 15. & 17.

Elicichus Bulgarorum princeps, à suis familiaribus prodi se intelligens, in hanc sententiam Constantiano Copronymo Imp. scribit: Constitui profugere, & me ad te recipere. Itaque mihi omnia tuta fore, literis missis confirmata, ac significata, quos hic habebas amicos, ut eorum fidei me credens, unà cum ipse ad te perveniam. Hac fraude Bulgari Copronymus circumventus, nomina amicorum descripsit, quos Elicichus omnes perdidit. Cedrenus.

L. B. Theat. vitæ Humanæ. Tom. IV.

Exilio.

Carthaginenses, cum animadvertissent Alexandri ita magnas opes, ut Aphricæ quoque immineret: unum ex civibus virum acrem, nomine Hamilcarem Rhodium, jussent simulato exilio ire ad Regem, omnique studio in amicitiam ejus pervenire. Qua is potius, consilia ejus nota civibus suis fecit. Front. l. 1. c. 2.

Mendicitatis.

Amedeus Berengarii, ab Hugone Rege Italia ejecti, comes, mendici habitu Italian ingressus, cum principibus de recipiendo Berengario egit. Hugo certior factus de Amedei stratagemate, eum studiosè inquiri jubet. Amedeus barbam pice adeò defecavit, capillos subaureos nigredine immutavit, faciem deturpavit, ut inter pauperes, regis in præsentia comedentes, se regi nudum ostenderet, & vestem ab eo qua indueretur acciperet: & quicquid Rex de Berengario & se loqueretur, audiret. Hoc modo cunctis diligentissimè percuratus, per Frivia loca à nemine custodita ad Berengarium rediit. Luitprand. l. 5. c. 8.

HOSTIUM NUNCIOS, EXPLORATORES, DEPREHENDERE, ARGERE, CIRCUMVENIRE.

Consule infra Tit. Hostem terrere confidentia; ubi exempla quadam exploratorum deprehensorum reperies, qui non violenta, sed blanda ratione circumveniuntur: ut ad suos reversi, terrorem illis incutiant.

Chares in exercitu suspicatus exploratores versari, præsidium foris collocavit, mandavitque, ut unusquisque proximum apprehenderet: neque antè dimitteret, quam dixisset quisnam esset, & cuius ordinis. Ita factum est, ut caperentur exploratores, cum neque ordinem, neque manipulum, neque contubernium, neque signum indicare possent. Polyen. l. 3.

Theognis exploratores in castris esse suspicatus, extra vallum præsidio constituto, mandavit, ut quilibet in suis armis permanerent: cumque divisi ac distributi essent, facile exploratores deprehendit. Polyen. 3.

Pompilius, quò citius exploratores hostium caperentur, paucas vias habebat, ad quas in excello loco castra ponebat: itaque qui prædam exirent, præcipiebat, ut via tuta insisterent. Exploratores hæc vias caventes quasi perspicuas, celesiter capiebantur. Polyenus l. 5.

Christiani Latini Antiochiam Syriæ Metropolim oppugnabant. Sed cum in castra confluerent Græci, Cappadoeces, Armenii, Syri, & alia præterea gentes, quæ nostræ religionis essent, ne excludi à nostris sacra profectis militiam venientes præ possent: Turcæ, aut Turcicarum rerum studiosi, periri linguarum eorum insinuatorum, mutato cultu castra ingrediebantur, consiliaque Latinorum explorata perferrebant ad suos, ut nihil jam arcanum foret. Cum ea de re duces consilium haberent, censerentque aliqui constituendum esse sanctus ac magis arcanum pauciorum delectissimorumque concilium: Boemundus Tarentinus Dux, Ego, inquit, vos hac cura levabo. Proprièque se è cætu procerum, produci jussit, quos Turcarum captivos in custodiam tradiderat. Insolens, ac Hæscio an ferum inhumanumque factum prodiret, hos pro castris propalam jugulatos veribus figi, & subjectis prunis torreri cum jussisset, mirabundique omnibus, clara voce dicit, id esse Boemundi obsonium, penaque de speculatoribus exploratoribusque sumptas. Atrocitas ea, res Latinorum ignotiores Barbaris secundum diem fecit. Amil. l. 4.

Christiani Tyrum obidentes, tabellariam columbam clamore suo interceptere. Vide seq. Auxilia missa occultare. Magnus Tamberlanus live Temites, exercitum suum in decimas & manipulos cohortesque divisit, & ad nutum decurionum adesse curavit: peregrinos à certo homine hospitio suscipi jussit. Vespere appente, accipientes milites signum à duce suo magno, singuli manabant inter ad tentoria, & ad contubernales suos. Vigiles in castris obstantes, si quidem invenirent extra tentoria, supplicio capitali afficiebant. Si quis explorator in castra venisset, is, cui nullus esset adscriptus locus, extra tentoria cubare cogebatur, atque ita à vigilibus opprimebatur. Chalcond. l. 3.

A IMPERATORIS HOSTIUM FIDEM SOLICITARE, MUNERIBUS, GRATIA, &c.

Consule Tit. Proditorum. Cum Jones a rege Dario defecissent, Artaphemes praefectus Sadium cum navibus sexcentis Miletum obedit. Jones cecidit. tremes habebant. Quibus cum se impares fore meuerent Perse, convocatum Ionum tyrannos exules, coque horati sunt, ut cum popularibus suis collocuti, eos a reliquis sociis abducerent, promissa impunitate; sin minus parerent, ipsos praelio victos in servitatem rapiendos, pueros castrandos, virgines in Baetra ad regem transportandas. Jones his verbis persuasi, majori ex parte discesserunt, Samii scilicet, & Lesbii. At Chii, qui centum naves habebant, virtutem suam & sociis & hostibus testantur reliquerunt, multitudine tamen hostium circumventi sunt. Herod. l. 6.

Megareses, Duce Spartanorum Rege Plistonee, Atticos fines ingressi, militibus conferre noluit: Sed cum videret Plistoneem admodum adolescentem esse, & consilio praepere uti Cleandride, quem custodem Ephori & consiliorem B ei propter etatem adjuverant, sollicitavit eum clam, brevique delinnum muneribus induxit, ex Attica terra abducere Peloponnesios. Exercitu reducto & per oppida d'lapso, offensi Lacedaemonii, regi multam pecuniarum dixerunt: cuius summa cum solvenda non esset, exilio solam vertit. Cleandridam, qui profugerat, rei capitalis damnaverunt. Pater hic fuit Gylippi, qui Athenienses in Sicilia contudit. In rationes expeditionis hujus sumptum decem talentorum retulit Pericles utiliter expentum, sic ut dicitur in Aristoph. in Nubibus: quod populus, non anxie perferat vel excusso arcano, comprobavit. Sunt qui scriptum reliquerunt, inter quos est Theophrastus philosophus, dena talenta quotannis militata a Pericle Spartatam, quibus omnes qui in magistratu erant auctores, bellum amolitus esse, haud redimens pacem, sed spatium, quo preparatis per otium omnibus, bellum erat commodum gesturus. Plut. in Pericle. Transit hoc ipsum in proverb. Sic Aristoph. in Nubibus: cum Pericles sic ut dicitur in Aristoph. Pericles perdidit in quod oportuit. Era. in Adag.

Philippus oppido Samiorum exclusus, Apollonidi praefecto eorum ad propositionem corrupto persuasit, ut plaustrum Clapide quadrato oneratum in ipso aditu portae fisteret: confestim deinde signo dato insequutus, oppidanos circa impedita porte claustra oppressit trepidantes. Front. l. 3. c. 3.

Lysimachus Rex Macedonum, cum Ephesios oppugnaret, & in auxilio haberet Mandronem archipiratam, qui plenum oneratis praeda naves Ephesum appellabat: corruptos ei ad propositionem junxit fortissimos Macedonum, quos ille restrictis manibus pro captivis Ephesum introduceret: Hypothesa raptis ex acce armis, urbem Lysimacho tradiderunt. Ibid.

Breviorum praediariorum praefectus, leoniti fratrem in Pabii castris habentis illecebris, Q. Fabio Max. Tarentum obtulit prodidit. Sabell. lib. 4. Ann. 5. & Plut. in Fabio, & Livius l. 7. Dec. 3.

Sub Carolo VI. rege stulto, ob Caroli Delphini (qui post regno successit, & VII. appellatus est) & Joannis Burgundia ducis inimicitias, Gallia misere afflicta est. Joannes Villarius Lutetiam cum rege obtinuit, & Burgundo tradidit. Atmeniacus M. Eq. & Erix Maria Cancellarius interfecti, agre D Carolus Delphinus evasit. In conspectu Delphini ad Montegriolium agere volentis de pace, Dux Burgundiae ocellus est. Philippus Burgundia Dux, cum Henrico Angliae Rege juncta societate, in patris sui ultionem, regem, reginam, Lutetiam, & quicquid suae factionis habebat, in manus ei tradidit, & in Tricassibus Catharinam regis Caroli filiam nubere ille coegit, ea lege, ut in eorumque liberi Francia regno succederent, & Henricus interea maritus Rex Angliae & rector Francie cognominaretur. Delphinus exhaereditus & proscriptus, cum intelligeret nihil commodius ad victoriam quam conjunctos hostes diducere: Burgundionem Anglis minime gratum, ab his que afflictabat repulsum, ad se pertaxit. Lutetia ab Angli vindicata. Villarius quam periculosum in ea capiendam, tam strenuum in ea recuperandam praestitit. Univerlam Normanniam post annos xxx. ex quo ab Angli subacta fuerat, recuperavit: Tandem & Francia omnino expulsi, praeter Calitiam & aliquot vicina loca, nihil possederunt in Gallia. Cronicon Francorum.

E IMPERATORIS HOSTIUM FIDEM ELEVARE, ET SUSPECTAM REDDERE.

Alexander, cum in Asiam transisset, Memnonem hostium Ducem Peris suspectum fecit. Imperator enim egredientibus ad praedandum Macedonibus, ut a Memnonis agris absterent. Polyen. l. 4. Cassander Olympiadem, conclusum in Pydnam Macedonia civitatem, bello oppugnabat. Polypercon noctu misit Pentecontorum proximae appellationem, Olympiademque, ut eum confunderet, per literas hortabatur. Tabellarius captus, & ad Cassandrum adductus, confitebatur, qua de causa missus esset. Ille literas obsequat Polypercontis sigillo eum introferre iussit, neque dicere, quod Cassander eas legisset. Qui cum introfret, Cassander Pentecontorum interceptum de medio removit. Olympias habita fide Polypercontis sigillo & literis, non reperit, insigniter doluit, & se a Polyperconre non reperit, eximiam atque seipsum, urbemque Pydenae quoque Cassandro tradidit. Polyen. l. 4.

Dionysii tyrannus obediens a Dione in arce Syracusis, cum F in sua potestate haberet Dionis filium Hipparium, ejus nomine scripsit epistolam ad Dionem. Quam non permittere sibi solvi publice Syracusanis, Dion in visis illis solvit. Dionysii erat, veris quidem Dionem, sed re Syracusanis alloquens. Habebat illa quidem precum & caulationis speciem, sed erat ad premedum composita Diomem. Commemorationes complectebatur eorum, quae pro tyrannide gestisset frened, minas adversus charissima pignora, sororem, filium, conjugem, miserabilemque admittit lamentatione oblationes: & quod commovit eum maxime, petebat, ne everteret, sed suscipere tyrannidem: neque in se ipsis hominibus & praeteritum injuriarum memoribus restitueret libertatem, verum acciperet ipse dominatum, praestareque amicus & necessarius securitatem. His recitatis non subit, ut par erat, Syracusanis, intractum animum & celsum obsequere Dionis, qui pro honesto, & virtute tenebatur adversus ejusmodi necessitudines: sed suspitionis & formidinis inde fumentes exordium, quasi arcus vinculis ille constingeretur ad parendum tyranno, verterunt se jam ad alios duces, ac postimum ad Heraclidem. Plut. in Dione, & Polyen. l. 6. c. 5.

Hannibal Q. Fabium Maximum, cui neque virtute neque artibus bellandi pari erat, ut infamia distringeret, agris ejus abstulit, ceteros populatus. Contra ille, ne suspecta civibus fides esset, magnitudine animi effecit, publicatis possessionibus suis. Val. lib. 7. cap. 3. & Plut. in Fabio.

Ad Antiochum Syriae regem bello victus Hannibal confugerat, eratque apud eum honorificentissime particeps consiliorum omnium: quoniam Romana bella meditantem, nullus magis idoneus consultor occurreret. Eo igitur, pendente belli apparatu, Romana legatio profecta est, in qua P. Villium fuisse traditur. Is periculo sistimatum ratus, si potentia regis, consilio Hannibalis diutius fulta foret, pensata crudelitate ac vanitate regia, & existimans, id quod erat, Hannibalem ut externum hominem, inter aulicos invidiosum ac suspectum fore: ex eo gradu, quem ad regem obtinebat, improvisum deiecit adortus est, fecitque ex astu facili. Siquidem assidue apud Hannibalem versatus, frequenter quavis levisimum verbum autibus ejus insuistrans, frequenter nimiumque domesticum colloquio, & amulsi criminandi, & regi suspicandis praebuit materiam. Ita factum est, ut Hannibal e concilio eieceret: est postea in gratiam redierit: quia tamen id nimis sero accidit, & regi gravioerem casum, & Romanis facioerem peperit victoriam. Front. Plut. in Flaminio.

AUXILIA NE MITTANTUR HOSTIBUS PRECAVERE.

Plataenses, cum a Lacedaemoniis oppugnarentur, noctu vallum agrediebantur. Lacedaemonii, sublati ignibus hostilibus ad Thebas, auxilium vocabant. Plataenses ex urbe contra ignes amicos exciurant, urignum ambiguitate decepti Thebani, ab ope ferenda desisterunt. Sic ignibus contrariis in dubitationem conjecti Thebani, auxilium ferre intermitterunt. Polyen. l. 6.

Antigonus Rhodum oppugnans, filium suum Demetrium Poliorcetem oppugnationi praefecit, promulgans ipsos Rhodios ubi locorum extra Rhodum ab omni periculo liberos. Omnibus etiam circa Syriam, Phoenicem, Ciliciam, Panphiliam

Aphillam mercatoribus securitatem per mare reliquum concessit, modo ne in Rhodum appellerent: ut sic omnibus auxiliis destitutum Rhodum factis excinderet, cum missi esset a Ptolemeo socii non fatis virum haberent ad resistendum. Polyen. l. 4.

Demades orator partibus Macedonum favens, cum esset quaestor, populo Atheniensis persuasit, ut iis qui ab Alexandro defugerant, tirmes auxiliis mitteret. Subentique ut, illico pecunias depromeret: Parata sunt, inquit, pecuniae, & viri Athenienses, quos in congios depromerant, ut singuli minze dimidium acciperent. Verum si has mavit in hunc usum erogari, per me quidem, ut vestris, sicubi lubet, uramini licet. Hoc sermone fregit impetum populi, nolentis illa distributione spoliari. Plut. in Apoph.

Mago dux Carthagenisium, victo Cn. Pitone, & in quadam turri circumsepto, suspicatus ventura ei subsidia, perisquam missit, qui perisuderet appropinquantibus, captum jam Pitonem. Qua ratione deterritis eis, reliqua victoria consummavit. Front. l. 3. c. 6.

Attila Hunnorum rex, a Genlerico Vandalo contra Theodericum Vespogothum evocatus, suapte natura astutissimus, cupiens & Romanum Imperium subvertere, & Gallias occupare: oratores Valentiniano Imp. mittit, qui benigne eum alloquens nunciarent, de bello accingi contra Theodericum Vespogothum regem: instituisseque delere gentem, publicae pacis turbaticum: nihil sibi cum Romanis esse, & viros eos fortes ac bonos credere: quibus, si vellet, vires & consilia de communicaturum. Similem legationem Theoderico in Gallias misit, sperans, separatum esse utrumque collisurum. Atius Patricius Valentinianum dux, haec longe ante praevidentis, missi legatis, Theodericum regem certo federe Romanis conjunxit. Cyp. in Paulo Diacono.

AUXILIA HOSTIBUS MISSA AVERTERE: praeiugum conjugantur intercepte, ne adventantia resiliant occultare.

Demetrius Poliorcetes Salaminem oppugnabat in Cypro Centum & septuaginta tirmibus. Ptolemei dux Menelaus sexaginta navibus urbem tenebat ac tuebatur, atque ipsum Ptolemeum cum centum & quadraginta navibus venturum expectabat. Demetrius nequam aequalis ad pugnandum cum navibus ducentis, terram supra Salaminem legens, sub praecipio stationem figens, in insidiis occultabatur. Cum vero Ptolemeus ignarus eorum qui post praecipitium latitabant, in portum subductionibus commodum & apertum appelleret, atque milites jam exponeret, reversus exercitus Demetrii supervenit, & sine mora in naves Aegyptias modo subductas impetum facit. Itaque mira celeritate victoria parata est: Ptolemeus enim repente se fugae mandabat. Menelaus vero cum solvisset & Salamine ad socios periculo liberandos, etiam ipse se fugientem Ptolemeo contrem praebuit. Polyen. libro 4.

Antalcidas in Abydo cum majore classe desidens, cum Atticis tirmibus in Tenedo appellere cognovisset: meuerentes Byzantium trajicere ad Iphicratem, nunciante quodam, Iphicratem oppugnare Chalcedonios, socios & amicos: praecipit ius, ut ad Chalcedonem naves dirigerent, solvenque ad Cyzicenam terram, in insidiis delituit. Qui vero in Tenedo erant, audita solutatione Antalcidae, consensim ad Iphicratem navigare insisterunt. Postquam autem ad hostium tirmes occultatas venerunt, Antalcidas repente impetu Atticas invadens, aliquas submerisit, plurimas vero portus est. Polyen. l. 2.

Demetrius Spartani consilium Xerxi datum de Lacedaemoniis domesticis bello vexandis & Cythera insula, ne Graecis reliquis auxilium ferre possent, Herod. lib. 7. descripsit pariter. Artemisa Cariae regina consilium de exercitu pedestri in Peloponnesum transferendo subteritum dedit: cui si Xerxes relicta classe paruisset, nequaquam tantam cladem ad Salaminem passus fuisset. Herod. libro 8.

Bello Punico secundo Consules facti duo periculis belli duces, M. Livius & C. Nero, paritis inter se copis in proelium profecti sunt: Claudius in Salentinis adversus Annibalem, Livius in Galliam adversus Afrubalem Barchinam, qui superatis Alpibus, ingentibus aeditum equitumque copis jungere se fratri properabat. Claudius non longe a Ve-

L. B. Theatr. vita Human. Tom. IV.

nusia habebat castra, & interceptis hostium literis, cum E Afrubalem appropinquare cognovisset: dies nocteque agitabat animo, quibus modis efficere posset, ne tantorum ducum copia simul jungeretur. Itaque omni ratione subducta, consilium cepit periculosum, ut appareat futurum, sed forsitan eo tempore necessarium. Nam sub legati custodia castris relicta, ipse cum parte exercitus magnis itineribus in Picenum profectus, sexto die Senam pervenit. Ibi consules ambo junctis copiis prope Metaurum flumen Afrubalem adorti, secundissimo praelio conflixerunt. Ad quinquaginta sex hostium millia eo die caesa dicuntur, partimque prope ajunt acceptae ad Cannas, reddita hosti cladem. At Claudius Nero post hanc memorabilem victoriam non minus celeriter quam profectus erat, Venusiam repetens, caput Afrubalis prope stationes hostium ponti, captivisque dimitti iussit, qui tantae calamitatis nuncium ad Paenum deserret. Nam eum ignorare compertum est, quae parata primum occultis consiliis, quae deinde acta proximis diebus fuerant. In quo mirari libet, callidissimi ducis Annibalis solertiam sic deceptam fuisse a Claudio in tam modico castrorum intervallo, ut prius casum cum omnibus copiis fratrem, quam profectum reversumque in castra consulem Romanum sciret. Auctor vita Annibalis, & Front. l. 1. c. 1. & Valer. Max. l. 7. c. 4.

Cum Lauronem Hispaniae urbem obsideret Q. Sertorius, movit eo cum omnibus copiis Cn. Pompejus ad ferendam urbem. Inde Sertorius ad occupandum tumulum, qui erat adversus urbem opportunitus, alter ad id prohibendum properabat. Cum pervenisset Sertorius, Pompejus admoto exercitu, gavius est in caecidisse, inter urbem & copias suas Sertorium ratus deprehensum: missisque ad Lauronitas nunciis, bono animo eos esse iussit, atque in muris consilere praestantes Sertorium obsideri. Sertorius eo nunciato iussit: & se discipulum Syllae (ita enim Pompejum per ludibrium appellabat) ait, docturum, debere imperatorem plus respicere quam prospicere. Simul ut haec dixit, ostendit obfessus sex millia pedum a se relicta in prioribus castris, ex quibus egressus tumulum illum occupaverat, quod verum in se a tergo aggrediretur Pompejus. Quod admodum sero Pompejus animadvertens, cum adorti Sertorium non auderet, quod metuere, ne circumveniretur, relinquere autem periclitantes socios retrecunda deterrere: praesens & desidens spectator esse cogebatur perentium. Deplorata enim re sua, Barbari in deditionem se Sertorii permittere; quorum vita pepercit, dimisitque cunctos. Urbem vero incendit, nulla quidem ira aut crudelitate (quippe inter imperatores minime indulgit hic vitia) sed ad pudorem & opprobrium eorum, qui Pompejum in admiratione habebant: ut increbesceret inter Barbaros fama, cum assidentem & tantum non calefactum sociorum incendio, non succurrisset. Plut. in Sertorio.

C. Jul. Caesar in Sequanis Vercingetorigem Gallorum ducem magna strage superavit. Ex illis, qui ex acie refugerant, plerique cum rege receperunt se in oppidum Alexiam. Hanc circumfidenti Caesari, quam altitudine murorum & defensorum multitudine apparebat esse inexpugnabilem, occurrit extra majus quam exprimi possit periculum. Nam fortissimi quique Galliae ex omnibus collecti nationibus, recenta millia numero, Alexiam venerunt. Armati in urbe erant non intra centum septuaginta millia. Itaque in medio tanti belli Caesar deprehensus obfessusque, duplicem murum objicere necesse habuit: unum contra oppidum, alterum ex adverso illis, qui recens advenant: quae vires se conjugerant, omnino de Caesare putabatur actum. Hoc ad Alexiam discrimen multis causis ei haud immerito gloriam tulit, quod virtutis & consilii exempla sibi, qualia certe nullo alio ediderit certamine. Mirificum fuit autem imprimis, quod illos, qui in oppido erant, latuerit, conflixisse cum tot millibus Caesarem, coique superasse: & vero magis Romanos in statione propolitos obversi oppido muri. Neque enim victoriam prius sentere, quam eculatum ex oppido virorum, multumque exaudirent plantatum, contemplantium aliis ex partibus multa auto & argenteo exornata scuta, multas sanguine imbutas loricas, adhaec pocula & tentoria Gallica, quae a Romanis deportabantur in castra. Tam brevi momento adeo immensa manus, caelis in acie perisque, sicut spectrum vel somnium evanuit & dissipata est. Qui Alexiam obtinebant, postquam non parum negotii tam sibi quam Caesari exhibere, tandem venerunt in deditionem. Totius dux belli Vercingetoriges, sumptis speciosissimis

M 2 amis.

A amnis: cultoque equo, excessit urbe, Caesaremque confidentem in orbem circumvexus est. Ablato inde equo, arma abiecit, atque ad pedes se Caesaris reponens contigit, dum in custodiam ad triumphum est datus. *Plut. in Caesare.*

Idem summa nris celebritate, ex Gallis Romam properavit, & imparatum adhuc Cn. Pompejum Italia expulit: ex dierum spatio sine sanguine Italia universa potius, in Hispaniam traiecit, & copias quae illic erant, in fidem suam accepit Pompejum in campos Pharsalicos, ubi longe a mari esset, nec subsidium a classe habere posset, coniecit. Neque fuit peccatum Pompeji majus, neque consilium callidius Caesaris, quam quod tam procul a subsidio nautico praelium retraxerit. *Plut. in Pompejo.*

Cum Franciscus Sforzia, Philippi Mediolanensis copiarum dux, sciret, in Pado Venetos plura habere ejus generis navigia, quae in bellicum usum instructa erant: ipse noctu cum magno equitum numero in Philippi naves conscendit, & ne idem a Carmaniola Venetorum imperatore ageretur, pro transfugas quosdam e pediatu suo misit, qui Carmaniola nunciarent, Sfortianis in armis esse, ut cum illo ipso tempore adoriorentur. Itaque ne suos Carmaniola divideret, opem nullam classi Venetae misit, & ob eam rem praelio victa classis, ex magna parte incensa atque capta fuit. *Fulgosius l. 7. cap. 4. & Egnatius l. 7. c. 4.*

Xarimondus Aristes Hierosolymorum terra, Veneti mari, Tyrum obsidentes, columbam advolantem animadvertunt. Eam cum obbelliam esse cognoscerent, clamorem tantum & terrestres & navales Latinorum copiae sustulerunt, ut ales in terram delaberetur. Dempta epistola Barbarorum literis ad Tyros exarata, brevi auxilia occurrunt, bono animo essent, patulos desobsequium tolerarent. Christiani contra alteram epistolam curantem scribendam manu linguaque eorum Barbarorum, quos in fide habebant: volucritique cum subdititiis fallacibusque literis remissa: Sibi ex usu praesenti obesse consulerent, virtutem eorum fidemque satis perfectam: fortunam deesse, spem propinquam auxilium nullam ostendi posse, interclusis ab hoste itineribus. Dolo cedere Tyrum. *Amil. l. 5.*

Henricus III. Rom. Imp. in Ungariam suscepta expeditione, Danubiana classi Gebhardum Episcopum fratrem praefecit. Andreas Ungariae rex ea parte qua hostis iter facturus erat, accervos frumentarios ac pabula cuncta comburit, incolas & pecora abducit, ne qua praede commeativae copia foret hosti. Imperator in omnium rerum egestatem incidit. E Jaurino interea praefectus classis tabellarum ad Imperatorem mittit, qui ab Andrea interceptus est. Mox ad Gabardum, Henrici nomine, adulterinae literae remittuntur, classem solveret, & celerim Rationem reddere, ad incurfiones hostium reprimendas. Praefectus illis literis deceptus, mandata peragit. Imperator ergo & commeatu & auxiliis destitutus, pacem cum Andrea fecit, & pinguem se suoque contra Pannonas militares promissit. *Bonfin. l. 2. Dec. 2.*

Barbarussa pirata nobilis, convocata sociorum classe, Gades expugnare parabat. Andreas Atria Genuensis, piratarum hostis summus, cum alteram classem Algerii esse cognovisset: summa celeritate ad eam opprimendam, priusquam cum altera jungeretur, conversus, eò desperationis piratas redegit, ut suas ipsi tritremes, ne iis poiiretur hostis, demergerent. Atria praeterquam quod liberavit captivos Christianos supra octingentos, hoc certe facinore salutem Gadibus attulit. *Jovius l. 27. Hist.*

Sultanus Othmanidarum cum cerneret se diversis locis à Christianis impugnari, magnaque sibi clades ab illis inferri, indignatus omnem movere lapidem, quod Christianos ulcisceretur. Anno itaque 1594. collectis Turcarum undique copiis, etiam ducenta Tartarorum milia ab illorum imperatore magno Chamo impetravit. Quibus cum Poloni transitum negarent, ipsi sibi igni & ferro iter aperire decreverunt. Septuaginta itaque milia in Poloniam, Vvalachiam, & Moldaviam irruentes, incredibilem hominum & vacarum numerum coegerunt, hoc sine, ut iis praemis tuis per Poloniam iter conferrent. Cum autem ad limites Poloniae pervenissent, ibique copias Joannis Samocisii, Magni Cancellarii, & Cosacos Polonicos in armis invenissent, facile animadvertunt, se absque pugna colantiam non transuros, Quare arma praedicta, paratim in exercitum fronte confluxerunt, partim ab utroque latere, & attergo, ita ut iis quasi vallo includerentur, atque hoc ordine exercitum promovenerunt. Cum autem ad hostes perventum esset, Poloni omnia tormenta bellica exonerarunt, quorum impetu territi boves fugerunt, & in ipsos Tartaros influerunt, ordines eorum turbarunt, obvios quoque prostra-

runt, & maximum damnum exercitum intulerunt. Hos secuti E Poloni & Cosaci, Tartaros, qui arcubus tantum & sagittis utebantur, unico adorti sunt. Pugnam est utrinque totis viribus. Fortuna tandem ad Polonos inclinante, Tartari in fugam conversi sunt, victoriamque adepti Poloni, opulentissima praeda potiti sunt. Ex Polonis desiderati sunt 1800. ex Tartaris 3000.

HOSTES POST PUGNAM, CLADEM, CIRCUMVENIRE: Vel RETINENDO, NE FUGIANT.

Tartari caso ad internecionem Bela IV. Hun. regis exercitu, inventoque ad secretarii cadaver, dum legerent exuvias, regio sigillo: ne ceteri Hungariae populi elaberentur, quosdam juvenes, quos in bello servarant, adulterinas literas regis nomine scribere cogunt: quibus universos populos hortantur, ne domos ullo pacto deserant. Deum populus exortent pro victoria. Has literas Bela sigillo obnignatas, per Hungariam spargunt. Qui superfluent, quum literis credidissent, pari immanitate absumpti sunt. *Bonfin. l. 8. Dec. 2.*

FUGIENTES CAPIENDO.

Jephthe Israelitarum judex, Ephraimitas hostes, Galaaditas se simulantes, ex ipsa pronuntiatione arguit internovit. Insecutus enim eos ad Jordanem usque, in ripa fluvii deprehensus, transitumque perentes justit, ut pronuntiarent Schiboleth. At cum illi genitri vultu Biboleth dicerent, suo indicio tanquam forices detecti, trucidati fuerunt. *Idem cap. 2.*

Philopemen, suo Nabide Lacedaemoniorum tyranno, cum hostes non ad urbem videret fugam intendentes, sed per agrum alium aliud delabentes (erat autem faluolus, montosus, & equitatu ob rivus & lacunas incommodus) cecinit receptui, castrisque luce adhuc metatus est. Quia vero conjectura prospiciebat, hostes ex fuga singulos vel binos per tenebras in urbem se subducturos, in rivis & collibus ubi vicinis frequentes Achaos cum gladiis condit: ubi contigit plurimos Nabidis milites cadere. Quippe non recipiebant se confertim, sed ut quolque conglobaverat fuga, avium more in manus hostiles delabentes, circa urbem capiebantur. *Plut. in Philopemene.*

M. Brutus, Caesare interfecto, Lyciam petierat, pecuniam & milites potens, Lycios vehementer repugnantes, coactus intra muros Xanthi obederat. Illi sub aem urbem praeterfluente tranantes, fugam capiebant. Verum exoptati rebus fuerunt transverso alveo in alium demissis, quorum in summo tintinnabula appensa illic irretitum nunciabant. *Pl. in Bruto.*

Post cladem Cresciacensem (qua nulla sinefortis Francis contigit) cum matutina caligo exorta in multum diem lucem obscuraret: Angli qui signa de Francis ceperunt, locis editioribus proposuerunt. Ad quam illecebram, certiore tandem luce, qui ex Franco exercitu aut per errorem vagabantur, aut vulneribus aut simulata morte retenti fuerant, tanquam ad suos lat, ab hoste sunt oppressi. *Amil. l. 9.*

ROBUR HOSTIUM ENERVARE. H

Hostis robur enervamus vel Dolore, vel Voluptate. Dolorem alii sunt (ex Medicorum sententia) Non naturales, qui in rebus non naturalibus spectantur: nempe in Aere, ex Calore & Frigore: in Cibo & Potu, & Inedia: in Somno & Vigilia: in Motu & Quietate, ex Defatigatione. Alii vero contra naturam, ut qui ex Vulneribus, Morbis, & consimilibus oriuntur. Jam vero Voluptates in iisdem rebus consistunt, eademque non minus virium resolvendo, quam doloris assumendo, exhauriunt.

LABORE, VIGILIIS.

Ipbicrates Atheniensis, quia exploraverat, eodem assidue tempore hostes cibum capere, maturis velti suos justit, & eduxit in aciem: aggressusque hostem, ita detinuit, ut ei nec confiligi nec abundi daret facultatem. Inclinato deinde jam die, reduxit suos, & nihilominus in armis retinuit. Fatigati hostes non statione magis quam inedia, statim ad corporis curam & cibum capiendum festinaverunt. Ipbicrates rursum incompositi hostis aggressus est castra. *Front. l. 2. c. 1. & Polyen. lib. 3.*

Timotheus dux Atheniensium, cum Cyrensisbus alioquo locis

A sociis contra Lacedaemonios exercitum ducens, naves xx. optime navigantes primo loco collocavit: jubens, ut instructo ordine reliqui quietem agerent. Cum priores navales praelium facerent, plane defestis jam hostibus, signum quiescentibus extulit. Qui recentes adhuc & integri, facto impetu, defestos in fugam verterunt. *Idem.*

Idem navales pugnam ad Leucadem intorrens cum Nico-locho Spartias, praecipit, ut pleraque navium implementa supra terram juxta mare requiescerent: & cum viginti optimè navigantibus solvens, mandavit miterarchis, ne intra telum jacium cum hostium tritremibus congrederentur, sed declinarent & tergiversarentur de industria, ut hostium remiges defestos redderent. Cum igitur haec tergiversarentur, atque ille praedicti ac labore solvarent, remigibus egredi justis, in naves imposuit: atque celeriter hostes defatigatos persequutus, multas ipsorum tritremes partim submergit, partim inuiles ad navigandum reddidit. *Polyen. l. 3.*

Chabrias in Laconiam faciens impressionem, noctu fluvium transgressus, multa praeda capta, eam trans fluvium in amicam & locam terram misit. Ipse vero cum reliquis militibus cibum fumere justis, remansit usque ad meridiem, hoc ipsum expectans, quod etiam contigit. Nam Lacedaemonii re cognita, ad praedam in fluvio recuperandam egressi sunt: & cum summo studio ducenta stadia percurrissent, defestis, inordinati, distrahente, ad pugnam inuiles erant. At ille suos milites cenatos, quiete refectos, atque ordinatos adducens, sine negotio multos ex hostibus interfecit. *Idem.*

Crateros, Tyrus Macedones in muniendo vallo occupatos adorientibus, mandavit, ut retrocederent. Postquam vero Tyrus longa persecutione veterem essent defatigati, signum dedit suis, ut conversi in eos impetum darent: statimque factum est, ut persequentes fugerent, & fugientes persequerentur. *Polyen. l. 4.*

Epanimondas Thebanus, cum Lacedaemonii ad Arthmon vallo ducto Peloponnesum tenerent, paucorum opera levis armatura, tota nocte in quietate hostem: ac deinde prima luce vocatis suis, cum Lacedaemonii se recepissent, subito univertum exercitum, quem quietum habebat, admovit: & per ipsa munimenta delituta propugnatoribus irrupit. *Front. l. 2. cap. 5.*

Virginius Cos. cum procurrere Volcos hostes effusus ex longinquo videret, quiescere suos ac defixa tenere pila justit. Tunc anhelantes, integris viribus exercitum suo aggressus, avertit. *Front. l. 2. c. 1.*

P. Scipio in Lydia, cum die ac nocte imbre continuo vexatum exercitum Antiochi videret, nec homines tantum aut equos deficere, verum arcus quoque maderentibus nervis inhabiles factos: exhortatus est fratrem, ut postero, quamvis religio die, committeretur praelium. Quam sententiam secuta victoria est. *Front. l. 4. c. 7.*

L. Aemilius Paulus, universis Liguribus improvidis adortis castra ejus, simulato timore militum die continuit: deinde fatigato jam hoste, à quatuor portis eruptione facta, stravit cepitque Ligures. *Front. l. 3. c. 7.*

C. Tiberius Nero adversus Pannonios, cum Barbari feroces in aciem oriente statim die processissent, continuit suos, passusque est hostem nebula & imbribus, qui forte illo die crebri erant, verberari: ac deinde, ubi festum stando & pluvia, non solum animo, sed & lassitudine deficere animadvertit, signo dato adortus, superavit. *Front. lib. 2. cap. 1.*

Hannibal adversus Junium dictatorem, nocte intempesta fecentis equibus imperavit, ut in plures turmas segegat, per vicies sine intermissione circa castra hostium se orientarent. Ita tota nocte Romanis in vallo, statio ne ac pluvia, quae forte continua fuerat, inquietatis confectisque, cum receptui signum jam Junius dedisset, Hannibal suos quiesco reduxit, & castra ejus invasit. *Front. lib. 2. c. 5.*

C. Marius adversus Cimbroas ac Teutonos constituta die pugnaturus, firmatum cibo militem ante castra collocavit: ut per aliquantum spatii, quo adversarii dirimebantur, exercitum hostis summo labore itineris profligaretur. *Polyen. lib. 8.*

Idem vicis praelio Teutonibus, reliquias eorum (quia nox circumvenerat) circumdicens, sublati subinde clamoribus, per paucos suorum territavit, in omnemque hostem deinivit. Ex eo confectus est, ut in postero die irrequietum facillius delaberetur. *Front. l. 2. c. 9.*

L. B. T. theat. Vita Hannam. Tom. II.

Volci tertia noctis vigilia Romana castra oppugnare adorti. P. Quintius consul sedato tumultu, qui sub primum hostium accessum incidit, cohortem jubet ante vallum instructam stare; ibique cornicines tibicineque equis sedentes, per reliquum noctis canere. Id tempus in castris quieti datum. Interim vero equorum hinnitus concentusque turbarum & librorum, tanquam Rom. jamjam in praelium erupturo, hostem sollicitum habuit. Ubi autem illuxit, Quintius militem fatiatum somno in praelium mittit: missus festum hostem stando, pervigilioque noctis affectum, primo impetu fudit. *S. bell. l. 3. Ennead. 3.*

Helvetii ad Novariam cum Gallis dimicaturi, tympana tota nocte pulsari & circumferri per urbem jusserunt, ut speculatoribus, si qui adessent, exeundi speciem praebrent: ideoque hostes, quos tota die in armis fuisse constabat, etiam nocte eadem instructos in equis distiterunt. Imperator interea omnibus cibo & somno corpora firmare, & lucem operiri edixit, ut Gallos vigiliis, inedia & labore confectos, facillius opprimerent. *Jovius l. 11.*

Bello Florentinorum contra Pisanos, Franciscus Siccus ad opprimendum Lucium Malvercium Pisanorum duces noctu festinabat. Lucius intellecto ejus consilio, hostem suummet artibus circumventurus, per totam noctem ei obviam profectus, in balbecente demum caelo, ad Florentinos pervenit, tadtatem sepe militum castigans verbis, & seipsum inculans, quod noctis brevitate deceptus, manifesta jam in luce, reat bene gerenda occasionem amississe videretur. Sed ut in bellicis rebus accidit, in quibus fortunam omni praudentia majorem sepe experimur: fecit ac ipse putaverat, sibi secunda omnia, hosti vero maxime adversa contigerunt. Siccus enim cum paulo ante per speculatores Lucium suos arma capere, paratoque esse ad protectionem, jusse cognovisset: instratis frenaticque equis totam noctem in somnum duxerat; ne ab inquieto acerrimoque hoste imparatus opprimeretur. Oriente autem jam sole, nihil de insidiis amplius dubitando, milites corpora simul & equos curate permiserat: sic ut sum primum Lucii anteciores apparere inciperent, quum Siciani semiformes, discincti inermesque, ad primum vigiliam clamorem turbati oppresseque sunt. *Jovius l. 2.*

INEDIA ET SITI.

Consule Tit. Commecatium hostium perdere: quatenus hac ratione vires illorum enervamus: Illic commecatium per se habetur ratio.

Nabathae Arabes sunt libertatis supra modum amantes: & si quando invadit hostium exercitus, fugiunt in solitudinem. Cum sit enim experta aqua, alius est inaccessa: arhis, quia parata habent vasa humi defossa: in crustata, solis praebet praedidum. Cum sit enim terra partim argillosa, partim rupem habens mollem, faciunt in ea feroces ingentes, ostiis admodum parvis; sed in profundo semper dilatando tanta magnitudinis efficiunt, ut singula latera sint unius jugeri. Haec vasa replent aqua caelesti: deinde ora obstruunt, & ea reliquo solo adaquantes, signa relinquunt sibi equidem nota, sed quae alii animadvertere nequeant. Adaquant autem etiam quae abigunt pecora in triduum, ne in locis aridis & siccis egeant continuis aquis. *Diod. l. 10.*

Lysander Lacedaemonius, ut Athenas caperet, famem illis astute iniecit. Victor enim ad Aegos flumen, urbes circumvexus, quocumque offendit Athenienses, his imperavit, ut omnes Athenas concederent, nemini se paratum denuncians, quem extra urbem deprehendisset. Quod idem fecit, quod brevi ingentem famem & ariditatem annonam ibi efficeret, ne affluente commeatu obdionem ferentes, eam redderent sibi laboriosam. Urque jam laborati Athenis intellexit fame, in Piraeum decurrit, compulsi que urbem ad dedicationem. *Plut. in Lysandro.*

P. Scipio in Hispania, cum comperisset, Hadrubalem jejunio exercitu mane processisse in aciem, continuit in horam septimam suos: quibus praecerat, ut quiescerent, & cibum caperent. Cumque hostes inedia, siti, mora, sub armis fatigati, peteret castra occupant, subito copias eduxit, & commisso praelio, vicit. *Polyen. l. 8. & Front. l. 2. c. 1.*

Obfederant Damascum urbem tres reges Christiani, Conradus III. Imper. Ludovicus Francorum, & Balduinus Hierosolymorum reges. Fontibus, qui per cuniculos urbi invehantur, facile interclusis, propè erat, ut fame & siti caperentur obfessi: nam altissimi & spissi supra modum muri oppugnationem